

262361

MAGYAR-GÖRÖG TANULMÁNYOK

SZERKESZTI

MORAVCSIK GYULA

ΟΥΓΓΡΟΕΛΛΗΝΙΚΑΙ ΜΕΛΕΤΑΙ

ΔΙΕΥΘΥΝΟΜΕΝΑΙ

ΥΠΟ

ΙΟΥΔΙΟΥ ΜΟΡΑΒCSIK

13.

TRANSLATIO



LATINA IOANNIS DAMASCENI

(DE ORTHODOXA FIDE L. III. C. 1—8.)

SAECULO XII. IN HUNGARIA

CONFECTA

SCRIPSIT ET TEXTUM EDIDIT

REMIGIUS L. SZIGETI

O. C. PRAEM. DE CSORNA

BUDAPEST, 1940

KIR. M. PÁZMÁNY PÉTER TUDOMÁNYEGYETEMI GÖRÖG FILOLÓGIAI INTÉZET
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΟΝ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΟΝ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΛΟΓΙΑΣ

MAGYAR-GÖRÖG TANULMÁNYOK

SZERKESZTI
MORAVCSIK GYULA

ΟΥΠΤΡΟΕΛΛΗΝΙΚΑΙ ΜΕΛΕΤΑΙ

ΔΙΕΥΘΥΝΟΜΕΝΑΙ
ΥΠΟ
ΙΩΑΝΝΟΥ ΜΟΡΑΒΕΤΣΙΚΟΥ

13.

Δ. Κόποντι Στανισζλίκαι Πίνατ
könyvtárának állományából lelt
... könyv.
Munka megadott sajtótermék.

TRANSLATIO
LATINA IOANNIS DAMASCENI
(DE ORTHODOXA FIDE L. III. C. 1—8.)
SAECULO XII. IN HUNGARIA
CONFECTA

SCRIPSIT ET TEXTUM EDIDIT
REMIGIUS L. SZIGETI
O. C. PRAEM. DE CSORNA

BUDAPEST, 1940

KIR. M. PÁZMÁNY PÉTER TUDOMÁNYEGYETEMI GÖRÖG FILOLÓGIAI INTÉZET
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΟΝ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΟΝ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΛΟΓΙΑΣ

262361

MAGYAR
TUDOMÁNYOS AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA



DOKTORI ÉRTEKEZÉS
ΔΙΔΑΚΤΟΡΙΚΗ ΔΙΑΤΡΙΒΗ

*Nihil obstat. Dr. Demetrius Bohner m. p. censor delegatus. — Nr. 84/1940. Imprimi permittitur. Osornae die 20. Aprilis a. 1940.
Nicolaus Steiner m. p. praepositus.*

*Nihil obstat. Dr. Julius Gétin m. p. censor dioecesanus. — Nr. 904/1940. Imprimatur. Sabariae die 20. Aprilis a. 1940. Josephus
Wallner m. p. vicarius generalis.*

A kiadásért felelős a szerző.

Stephaneum nyomda Budapest, VIII., Szentkirályi-utca 28. Felelős: ifj. Kohl Ferenc.



PRAEFATIO.

Anno 1911. ad abbatiam O. S. B. de Sacro Monte Pannoniae litterae datae sunt a *J. Ghellinck* S. J. in hanc sententiam scriptae:¹ «Evolventi mihi aliquot codices e Reun in Styria et ex Admont bibliothecis, nova quaedam et hactenus, ni fallor, inaudita translatio operum Sancti Maximi philosophi et² Joannis Damasceni occurrit, quam a monacho S. Martini confectam esse³ sub abbate David ipsamet verba prologi testantur, textum vero Graecum in S. Maria de Paszto inventum et a translatore, Cerbano nomine, adhibitum esse . . .» Primus ergo Ghellinck novam hanc translationem cognovit eamque ad Hungariam pertinere affirmavit. Anno subsequenti sententiam suam de hac ipsa re in commentariolo, cui inscribitur: «L'entrée de Jean de Damas dans le monde littéraire occidental»⁴ exposuit publicique iuris fecit. Quo in opusculo auctor perlustrans antiquissimas versiones operis «Ἐκδοσις ἀκριβῆς τῆς ὁρθοδόξου πίστεως»⁵ Joannis Damasceni demonstrat translationem Cerbani ab aliis differre et tantum partem totius operis continere⁶ animadvertitque Arnonem Reicherspergensensem hac translatione usum esse, praeterea paucis verbis tractat personam ipsius Cerbani, eiusdem modum interpretandi et tempus, quo translatio confecta est. Tota haec dissertatio, paucis mutatis, continetur libro scriptoris, cui inscribitur: «Le mouvement théologique du XII^e siècle».⁷ His attentus *M. Zalán* O. S. B. de S. Monte Pannoniae bibliothecis monasteriorum Austriae perscrutatis alios etiam codices,⁸ quibus translatio operis

¹ Sörös: Az elenyészett bencés apátságok, Budapest 1912. p. 370.

² In fonte allato leguntur verba: «... Sancti maximi philosophi Joannis . . .», quae ex exemplari litterarum originali falso descripta esse videntur.

³ Quod Ghellinck primo falso existimavit (cf. p. 23.), postea ipse correxit, cf. Le mouvement théologique du XII^e siècle, Paris 1914. p. 267.

⁴ Byzantinische Zeitschrift 21 (1912) p. 448—457.

⁵ Cui vulgo nomen: «De orthodoxa fide» inditum est.

⁶ De orth. fide, libri III. c. 1—8.

⁷ Paris 1914. p. 255—267.

⁸ Zwettl, bibliotheca abbatiae O. Cist., ms. 328. f. 85^r—120^r; Heiligenkreuz, bibl. abb. O. Cist., ms. 236. f. 1^r—21^r; Hohenfurt, bibl. abb. O. Cist., ms. 120. f. 42^r—54^r.

non quidem Damasceni, sed solius Maximi continetur, invenit simulque codices a Ghellinck tractatos¹ iterum excussit et in opere, cui inscribitur: «Árpádkori magyar vonatkozású kéziratok az osztrák kolostorok kézírattáiraiban»,² hos codices — praesertim quod ad formam et argumentum attinet — accurate et erudite descripsit et ea, quae iam Ghellinck exposuit, retractavit addiditque quaedam, imprimis e quibus interpretem operis non solum Maximi, sed etiam Damasceni fuisse Cerbanum constat. Postea *J. Czebe* textum editurus exemplaria horum codicum in Reun et Admont reperta arte photographica expressa conficienda curavit.³ Et *Zalán* et *Czebe* praematura morte abrepti impediti sunt, quominus inceptum prosequerentur ultimamque manum operi imponere possent. Ceterum cum partes suscepissem de hoc, quod agitur, argumento disserendi, *D. J. Moravcsik* professor ordinarius universitatis de Petro Pázmány nominatae Budapestinensis indicavit se suspicari translationem Cerbani omnibus, quae extant, translationibus latinis huius operis Damasceni vetustiore esse, quam quidem sententiam investigationibus meis comprobata esse facile affirmaverim.⁴ Cum consilium cepissem ipsam translationem edendi et demonstrandi, cuius ponderis esset qualemque vim in posteros exercuisset, ex iis, quae iam a Ghellinck et *Zalán* sunt proposita evidenterque probata, tantum ea iteranda putavi, quae necessaria videbantur, ut res, quae ad ipsum Cerbanum translationemque ab eo confectam spectant, plane illustrentur.

¹ Admont, bibl. abb. O. S. B., ms. 767. f. 1—69^r; Reun, bibl. abb. O. Cist., ms. 35. f. 1—63^r.

² (= Manuscripta ad Hungariam aevo regum ex stirpe Árpád descendentium spectantia in bibliothecis monasteriorum Austriae), Pannonhalmi Szemle 1 (1926) p. 45—62.

³ Quae nunc in bibliotheca Musaei Nationalis Budapestinensis asservantur (n. : Facs. I. ms. 360. et 361.), quibus et ipse, cum codices ipsos adeundi copia mihi oblata non esset, usus sum.

⁴ In opere meo conficiendo perutilibus instructus sum consiliis *D. A. Ivánka* professoris commissi universitatis Budapestinensis, cuius beneficio ad exemplaria codicum, quibus translatio Burgundionis continetur (Cod. Vat. Lat. 310. et 311.), arte photographica expressa accessus mihi patuit ususque eorum mihi profuit.

TEXTUS TRANSLATIONIS.

Ad constituendum textum adhibui codices hosce:

A = cod. Admont. bibl. abb. O. S. B. ms. 767, fol. I—4^r (*continent praefationem Cerbani*), 54^v—69^r (*continent translationem Damasceni*);
cf. tab. I.

R = cod. Reun. bibl. abb. O. Cist. ms. 35, fol. 1^v—2^r (*continent praefationem Cerbani*), 51^r—63^r (*continent translationem Damasceni*);
cf. tab. II.

Translationem contuli cum textu graeco, qui legitur in editione:

M = Migne : Patrologia Graeca XCIV. col. 981—1016.

Cum translatio Cerbani ante medium saeculum XII. sit confecta, codices autem in Admont et Reun asservati translationem Cerbani continent, ut ex modo scribendi constat, circa finem saeculi XII. vel initio XIII. fuerint conscripti, fieri potest, ut in bibliothecis imprimis monasteriorum Austriae et Italiae textus huius translationis antiquiores melioresque inveniantur.

Praesenti editione continetur primo praefatio Cerbani, quam in utroque codice sequitur translatio operis Maximi «De charitate ad Elpidium» (A f. 1^r—54^v; R f. 2^r—51^r), quae etsi adhuc inedita, cum ad materiam nostrae dissertationis non attineat, omittitur. Subsequitur in praedictis codicibus translatio operis Damasceni, quae hic integra editur. In editione orthographiam recentiorum temporum observabam, lectiones variantes aliaeque addenda in annotationibus subiunxi, formam verborum Graecorum, uti in codicibus habentur, servavi.

Praefatio Cerbani in librum ekatontadum
Maximi philosophi et monachi.

Reverentissimo patri et domino David archimandritae celeberrimo Cerbanus promptum cum dilectione servitium.

Cum nuper ab excellentia sanctitatis vestrae licenciatus Pastuchi, sicut praedixeram, monasterium adissem, quosdam libros ibi sancti Maximi philosophi simul ac monachi reperi, de quibus aliquos tractatus Deo prosperante transferre, sanctoque gregi, quem pascitis, destinare disposui. Quae forte sedulitas si cuiquam supervacanea visa fuerit, eo, quod illud eximium sancti Martini, cui praesidetis, collegium patrum vitis et institutis ac omnimodis divinae paginae doctrinis habundet, ignoscat, quaeso, simplicitati dilectionis, quae cum sit in aliquo, non est otiosa, quod vestra fratrumque circa Deum et proximum perfecta caritas plurimis demonstrat exemplis. Quis enim, ut super innumeris aliis undique vos adeuntibus sileam, breviter explicet tantos circa me, quoties accedo, vestrae suscepcionis affectus. Quibus cum redeo totaliter intrinsecus et extrinsecus recreatus et renovatus mihi videor. Quin immo nec breviter nec prolixè cuiquam
R 2^r licet omnino vires caritatis | enarrare, cum non solum ea sit ineffa-
A 1^r bilis, sed etiam inexcogitabilis, | quippe quae Deus est. Quapropter
velut illa duo minuta plus multis talentis Deo famosa, sint haec sanctitati vestrae, si placet, acceptabilia, quae meae suplex humilitatis offert devotio, tam ei non necessaria, quae iam phylisteum pessumdedit et allophilos subdidit, quam quibusdam tyronibus, ne dicam adhletis, non inutilia. Neque enim polluta manus et conscientia porrigentis ea translatoris contaminat divinitus inspirata et per Spiritus Sancti organum praedictum videlicet sapientissimum et sanctissimum virum luculenter prolata, a quo tanto sapientia, facundia, stiloque superior, quanto vitae meritis disto. Concedat autem Deus, ut haec et studiosis prosint ad incrementa virtutum et mihi vitioso ac torpido per orationum vestrarum auxilium ad alleviationem sarcinae peccatorum.

9 cui praesidetis *om.* R.

Iohannis Damasceni de incarnatione Verbi. R 51^r

I. Suggestione igitur principis daemoniorum illaqueatum hominem, et creatoris praeceptum non custodientem, et denudatum gratia, et praesentia privatum, et coopertum malignae vitae asperitate, hoc est enim folia fici, et investitum necrosin, id est
 5 mortalitatem, et pinguedinem carnis, hoc est enim mortuorum pellium indumentum, et paradyso, secundum iustum Dei iudicium, exulem factum, et morte proscriptum, et corruptioni subiectum | non despexit ille impassibilis, quoniam esse dans bene esse largi- A 55^r
 10 spiro, et tremore, aquae kataclismo, id est diluvio, et omnis generis fere perditione, confusione et divisione linguarum, et angelorum immissione, civitatum incendio, figuratis Dei visionibus, bellis, victoriis, subiectionibus, signis, et prodigiis, et diversis potestatibus, lege, et prophetis; per quae curata fuit peccati divisio multipliciter
 15 diffusi et mancipantis hominem et omnem speciem malitiae ingrentis vitae, et quod esset etiam ad bonum hominis regressus, quoniam per peccatum mors in mundum intravit, sicut bestia silvestris et indomitam humanam corrumpens natu|ram; de- R 52^r
 20 per peccatum subici, amplius autem innervari et renovari natura, et opere instrui, et doceri veritatis viam a corruptione quidem remonentem, ad vitam autem secularem reducentem, et finem magnum circa ipsum demonstrat <philanthropiae>, id est amoris hominis, pelagus. Ipse enim creator, qui et Kyrios, | pro A 55^r
 25 plasmate proprio percepit agonem et opere magister fit, quoniam divinitatis spe hostis deceperat hominem, carnis appositione decipitur, et hoc esse demonstratur simul bonum et sapiens iustum-que et possibile Deo. Bonum quidem quoniam non contempsit proprii plasmatis infirmitatem, sed occurrens ei cadenti manum
 30 porrexit; iustum autem, quod homine victo non alterum facit vincere tyrannum, neque violentia rapit hominem morti, sed, quem olim per peccatum mancipat mors, hunc, bonus et iustus,

Titulus: Incipit tractatus Iohannis Damasceni de incarnatione verbi R.

I. 4 necrosim A || 8 impassibilis] ὁ συμπαθὴς M || 14 divisio] ἀναίρεσις M || 18/19 debuit conieci: adhuc AR: ἔδει M || 22 ad vitam autem secularem] πρὸς δὲ τὴν ζώην τὴν αἰώνιον M || 22/24 finem — pelagus] τέλος, τὸ μέγα περὶ αὐτὸν τῆς φιλανθρωπίας ἐνδείκνυνται πέλαγος M || 23 philanthropiae addidi || 24 Kyrios conieci: filius AR: Κύριος M ||

victorem iterum fecit et simili similem salvavit, quoniam in invio erat, sapiens autem quoniam huius invii invenit solutionem convenientissimam providentia Dei et Patris, omoyisios, qui 35 est eiusdem substantiae Patri, unigenitus Filius et verbum Dei et Deus, qui cum esset in sinu Dei et Patris et omoyisios Patri et R 52^r Spiritui Sancto, ante saecula, sine principio, qui, cum in principio et ad Deum et ad Patrem esset in forma Dei existens, declinans caelos advenit, non deprimens humillimam suam altitudinem, sed 40 A 56^r despective humiliatus condescendit ad sui ipsius servos, descensu | inenarrabili et incomprehensibili. Hoc enim ostendit descensus, et cum sit Deus perfectus, homo perfectus fit et omnium novorum novissimum perficitur, solum novum sub sole, per quod infinita Dei indicatur potentia. Magnum enim est fieri Deum hominem, et 45 Verbum caro inconvertibiliter factum est ex Spiritu Sancto et Maria sancta semper virgine et Dei genitrice; et mediator Dei et hominum constituitur, solus <philanthropos>, id <est> amator hominis, non ex voluntate aut delectatione aut applicatione viri aut generatione delectationis in matre purissima virgine assumptus, sed ex Spiritu 50 Sancto et ex prima generatione Adae, et fit subditus Patri, secundum nos, et ex accepto a nobis nostram inobedientiam sanat, exemplum nobis obedientiae factus, sine qua non est salutem contingere.

II. Missus est angelus ad Mariam Virginem ex davitica tribu productam. Sed ex Juda natum fuisse Dominum nostrum R 53^r Jesum Christum manifestum est, ex qua | utique tribu nullus altari incensum posuit, quemadmodum dicit Apostolus, de A 56^v quo certius | posterius docebimur. Cui etiam Virgini euangelizans 5 dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Hac autem in sermone turbata dixit ad ipsam angelus: Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum, et paries filium et vocabis nomen eius Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Unde Jesus Salvator interpretatur. Dubitante autem: 10 Quomodo mihi erit hoc, quoniam virum non cognosco? iterum

33 similem *correxi*: simile AR: ... ἀνθρωπον ... τῷ ὁμοίῳ τὸν ὅμοιον ἀνθρώπου M || 33/34 quoniam in invio erat] ὅπερ ἀπορον ἦν M || 34 erat *om.* A, *sed supra versum add.* A² || 35 providentia] εὐδοκία M || 40/41 non deprimens — humiliatus] τὸ ἀταπεινωτὸν αὐτοῦ ὕψος ἀταπεινώτως ταπεινώσας M || 41 humiliatus *correxi*: humiliatis AR || 48 philanthropos *et est addidi*: ὁ μόνος φιλάνθρωπος M.

II. 2 nostrum *om.* A || 6 Ave — tecum: *Luc. 1, 28.* || 7/9 Ne timeas — Jesum: *Luc. 1, 30—31.* || 9/10 Ipse — eorum: *Matth. 1, 21.* || 9 salvum faciet R: salvabit A || 11/14 Quomodo — Dei: *Luc. 1, 34—35.* ||

- dixit ad illam angelus : Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi, unde quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Haec autem respondit ad ipsum : Ecce ancilla
- 15 Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Per optationem autem sanctae Virginis Spiritus Sanctus praevenit in ipsam, secundum verbum Domini, quod dixit angelus, purgans ipsam et potentiam deitatis Verbi receptivam simul autem et generativam praeparans, et tunc obumbravit ipsam Dei altissimi per se sapientia et virtus,
- 20 Filius Dei, Patri omoysios, id est consubstantialis, sicut divinum semen, et copulavit sibi ipsi ex sanctissimis et purissimis ipsius sanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectiva, quae fuit a principio nostrae conspersionis ; | nec paulatim appositio- A 57^r
nis completa figura, | sed sub uno perfecta, et Dei Verbum, id est R 53^r
- 25 persona, realiter facta est carni persona. Non enim prius erant secundum seipsam et sic unitum est Dei Verbum, sed inhabitans in ventre Virginis Matris incircumscripse in sui ipsius persona ex immaculatis semper Virginis sanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectiva substituit, et principium carnis nostrae
- 30 conspersionis accipiens ipsum Dei Verbum carni persona factum est, quoniam simul caro, simul Dei caro, simul caro animata anima rationali et intellectiva [simul Dei Verbi caro animata rationali et intellectivo]. Unde non hominem deificatum dicimus, sed Deum et Dei Verbum hominem factum ; qui cum natura perfectus esset Deus,
- 35 factus est natura perfectus homo, id est : non convertens naturam, neque in fantasticam dispensationem, sed in carne ex Maria Virgine accepta, rationabiliter et intelligibiliter animata, et | in ipsa esse A 57^r
contingenti, secundum personam unitus est inconfuse et incommutabiliter et indivisibiliter, non deponens suae deitatis naturam in
- 40 carnis substantiam, neque suae carnis substantiam in naturam suae deitatis, neque ex divina ipsius natura, neque quam acceperat ex humana natura, unam perfecit naturam compositam. R 54^r

14/15 Haec — tuum : Luc. 1, 38. || 15 Per optationem autem] *Μετὰ οὖν τὴν συγκατάθεσιν* M || 17 potentiam *correxi* : potentia AR || 19 per se *om.* R, sed in *marginē* add. R² || 20 Filius Dei, Patri omoysios, id est *correxi* : id est filius dei patri omoysiosa et AR || 22/23 quae — conspersionis] *ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου σπέρματος* M || 23 *post verbum* conspersionis *deest translatio verborum οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* M || 24 *post sub uno in margine add. in* A² || 32/33 verba, quae *seclusti, desunt in textu graeco* M, *videntur esse verborum propositorum superflua iteratio facta a manu exemplar commune codicum* A et R *scribenti* || 40 naturam *correxi* : natura AR || 41/42 quam acceperat *conieci* : opera accipiens AR : *ἣς προσελάβετο* M.

III. Inconverse enim et incommutabiliter unitae sunt ad invicem Christi naturae, neque divina a propria simplicitate distante, neque humana conversa est, aut in deitatis naturam, neque in inexistentiam divisa est, neque ex duabus una composita natura facta est. Composita enim natura neutris, ex quibus componitur, naturis omoysia, id est eiusdem substantiae, esse potest, ex alterutris perficiens alterum, ut corpus ex quatuor elementis compositum neque igni dicitur omoysion, neque ignis nominatur, neque aer, neque aqua, neque terra, neque horum alicui omoysion esse dicitur. Si igitur secundum hereticos | Christus est unius compositae naturae, post unionem autem realiter ex simplici natura conversus est in compositam, neque Patri simplicis naturae existenti omoysios esse dicitur, neque Matri. Neque enim ex deitate et humanitate ipsa componitur, neque est ex deitate et humanitate, neque autem Deus neque homo denominabitur, sed Christus solus, et est hoc, videlicet Christus, non personae ipsius nomen, sed unius, secundum ipsos, naturae. Nos autem Christum non unius compositae naturae dogmatizamus, neque ex alteris alterum, sicut ex anima et corpore hominem, aut sicut ex quatuor elementis corpus, sed ex alteris eadem esse. Ex deitate | enim et humanitate Deum perfectum et hominem perfectum, eundem et esse et dici ex duabus et in duabus naturis, esse confitemur. Id autem, videlicet quod est Christus, nomen personae dicimus non uno modo dici, sed duarum naturarum esse significativum. | Ipse enim seipsum unxit, ungens quidem ut Deus, unctus autem ut homo. Ipse enim est hoc et illud. Unctio autem humanitatis deitas est. Si enim, cum unius naturae compositae sit, Christus omoysios Patri, erit ergo et Pater compositus et carni omoysios, quod est inconveniens et omni blasphemia plenum. Qualiter autem et una natura contrariorum substantialium differentium susceptiva fiet? Aut qualiter enim possibile est eandem naturam, secundum ipsos, creatam et increatam, mortalem et immortalem, circumscriptam et incircumscripam esse? Si vero Christum unius dicunt esse naturae et ipsam simplicem esse fatentur, manifesto ipsum purum

III. 4 inexistentiam *correx*i: existentiam AR: εις ἀνπαρξίαν M || 4 divisa est] χωρησάσης M || 5/6 composita est R, quibus *deletis in margine add.* componitur naturis R² || 7 perficiens] ἀποτελεσθεῖσα M || 9 omoysion A || 17 Christum *om.* A, *sed supra versum add.* A² || 25 *post verbum* Deus *deest translatio verborum* τὸ σῶμα τῇ θεότητι αὐτοῦ M || 26 deitas *correx*i: deitatis AR: χρίσις δὲ ἡ θεότης τῆς ἀνθρωπότητος M || 27 cum *om.* R, *sed supra versum add.* R² ||

35 Deum esse confitentur et fantasiam inducunt, et sic nec hominem
factum aut purum hominem, et hoc secundum Nestorium. Et ubi
est igitur, quod in deitate perfectum est, et in humanitate per-
fectum? | Aliquando autem et Christum duarum naturarum esse A 59^r
ostendunt, sed ipsum unius compositae naturae post unionem esse
40 dicunt? Quod enim Christus unius fuit naturae ante | unionem R 55^r
ubique manifestum est, sed idem, post unionem, hereticorum error
facere voluit, quod est idem dicere esse naturam et personam.
Quoniam autem unam hominum naturam esse dicimus, sciendum
est, quod non consideranter ad animae et corporis rationem hoc
45 dicimus. Impossibile enim est unius naturae dicere corpus[que
Deum] et animam ad invicem comparata. Quoniam autem plures
personae hominum sunt et omnes eandem recipiunt rationem sub-
stantiae, omnes ex anima et corpore compositae sunt et omnes
naturam animae amplectuntur et substantiam corporis possident ;
50 communem speciem plurimarum differentium personarum unam
naturam dicimus esse, uniuscuiusque videlicet personae duas natu-
ras habentis, et quae duabus perficitur naturis, animae, dico, et
corporis. Sed in Domino nostro Jesu Christo non est communem
speciem | accipere. Neque enim fuit, neque est, neque aliquando A 59^r
55 erit alius Christus ex deitate et humanitate, et in deitate et huma-
nitate, Deus perfectus idem et homo perfectus, ex quo non est
dicere unam naturam esse in Domino nostro Jesu Christo. Quare
ex duabus utique naturis, divinaque videlicet et humana, dicimus
factam esse unionem, neque secundum firmum, aut confusionem,
60 aut commixtionem, sicut Deo perditus dicit Dioscorus et Severus
et horum proxima insipi|entia; neque personativam, neque R 55^r
relativam, aut secundum dignitatem, aut eandem voluntatem,
aut eiusdem honoris, aut aequivocam, aut beneplacitum, sicut

41/42 sed — voluit] 'Ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν τοῖς αἰρετικοῖς τὴν πλάνην
M || 41 post unionem om. A, sed supra versum add. A², haec verba
desunt in textu graeco M || 42 voluit om. A, sed supra versum add. A¹ ||
45 dicere om. R, sed supra versum add. R² || 45/46 que Deum seclusi ||
46 comparata corr. ex comparatam A: comparatam R || 49 substan-
tiam correxi: substantia AR || 49 possident correxi: possidet AR || 52
perficitur om. A, sed supra versum add. A² || 57 naturam om. R, sed in
margine add. R² || 57 post Christo deest translatio verborum ὥσπερ ἐπὶ τοῦ
ἀτόμου ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκεκμημένον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἐκ θεότη-
τος καὶ ἀνθρωπότητος. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄτομον, ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἄτομον· οὐδὲ
γὰρ ἔχει κατηγορούμενον εἶδος Χριστότητος M. Haec autem verba omnia in plu-
ribus codicibus graecis Damascenum continentibus desunt (cf. varias lectiones
in M col. 993—994.) || 59 firmum] κατὰ φρεμόν M ||

Deo odibilis firmavit Nestorius et Diodorus et Mopsuesti nequissimus Theodorus et horum demoniosa collectio, sed secundum 65 compositionem, videlicet secundum personam, inconvertibiliter et inconfuse et inalterabiliterque et indivisibiliter et inseparabiliter et in duabus perfectis naturis unam personam habentibus confitemur, Filii Dei et incarnati, eandem personam | dicentes deitatis et humanitatis ipsius, et duas naturas confitemur integras in 70 ipso post unionem, non separantes nec secundum partem ponentes unamquamque, sed unitas ad invicem in una composita persona. Substantialem enim dicimus unionem, id est veram, et non secundum fantasiam. Substantialem autem, non sicut duabus naturis unam compositam perficientibus naturam, sed unitis ad invicem 75 secundum veritatem in unam personam compositam Filii Dei, et salvam ipsarum substantialem differentiam determinamus. Creatum enim permansit creatum, et mortale mortale, et immortale immortale remansit, et circumscriptum circumscriptum, et incircumscriptum incircumscriptum, et visibile visibile, et invisibile | invisibile. Hoc quidem est illustrare miraculis, illud vero iniuriis subici, inhabitavit enim humanis Verbum. Sunt enim ipsius quae sanctissimae sunt ipsius carnis, et assignavit carni propria, 80 secundum | redditionis modum, propter eam, quae est ad invicem partium, segregationem et secundum personam unionem, et quia 85 unus et idem erat divina et humana operans in utraque forma cum utraque participatione. Quare et Dominus gloriae crucifixus dicitur, et tamen divina ipsius nihil passa est natura, et Filius hominis ante passionem in caelo esse dicitur, sicut et ipse Dominus dixit. Unus enim et idem erat Dominus gloriae, natura et veritate 90 Filius hominis, et homo factus, et ipsius miracula et passiones cognoscimus, quamvis secundum aliud miracula operatus est, et secundum aliud passiones idem subiit. Scimus enim, sicut una ipsius persona, sic etiam naturarum ipsius differentiam salvari. Qualiter enim salvabitur differentia, nisi salvatis differentiam 95 habentibus ad invicem? Differentia enim differentium est differentia. Ratione quidem, qua naturae Christi ab invicem dif-

64 Mopsuesti *correxi*: mompsi AR: ὁ Μωψουεστίας Θεόδοχος M. *Supra verbum* mompsi *add.* loci nomen A² nomen loci R² || 64/65 nequissimus *deest in textu graeco* M || 71 nec *in margine corr.* A²: sed AR || 82 inhabitavit] οἰκεῖσθαι M || 83 assignantur A || 85 segregationem] περιχώρησιν M || 94 differentiam *correxi*: differentia AR || 97 post Ratione *supra versum add.* ergo A² ||

ferunt, id est ratione substantiae, dicimus ipsum se ultimis tangere: secundum deitatem | quidem Patri et Spiritui Sancto, A 61^r
 100 secundum vero humani|tatem Matrique et nobis. Omoysios enim R 56^r
 est idem secundum deitatem quidem Patri et Spiritui Sancto, secundum humanitatem vero Matrique et hominibus. Qua autem ratione se contingant naturae ipsius, differre ipsum dicimus a Patre et a Spiritu Sancto Matreque et reliquis hominibus. Copulantur enim
 105 naturae ipsius in persona, unam personam compositam habentes, secundum quam differt a Patre et Spiritu Matreque et nobis.

IV. Quod quidem igitur alterum sit substantia et alterum persona, multoties diximus, et quia substantia quidem communem speciem et similium personarum comprehensivam significet, ut Deus et homo, persona autem individuum ostendit, ut Patrem
 5 et Filium et Spiritum Sanctum et Petrum et Paulum. Sciendum tamen est, quod deitatis et humanitatis nomen substantiarum, id est naturarum, est praesentativum. Id autem quod est Deus et homo, et in natura ponitur, sicut cum dicimus: Deus incomprehensibilis substantia, et quod unus Deus est. Accipitur autem | hoc A 61^r
 10 nomen, Deus, et in personis, sicut particulari omni accepto quod est universali omnis nomen, sicut quando dicit scriptura: Propter hoc unxit te Deus, Deus tuus. Ecce enim Patrem et Filium ostendit, et sicut cum dicit: Homo quidam erat in regione longinqua. Job
 enim solum ostendit. In Domino igitur | nostro Jesu Christo, quo- R 57^r
 15 niam quidem duas naturas cognoscimus, divinamque et humanam vocamus, et ex naturis compositam personam aliquando quidem ex utrisque Christum denominamus, et Deum, et hominem secundum ipsum, et Dominum incarnatum, aliquando vero ex una partium Deum tantum, et Filium Dei, et hominem solum, et
 20 Filium hominis, aliquando quidem ex puris tantum, aliquando vero ex humilibus tantum. Unus enim est, qui illud et hoc similiter est, hoc quidem est semper[que] sine causa [est] ex Patre,

98 *supra verbum ultimis add. extremis A² || 100/102 a verbo Omoysios usque ad hominibus omnia desunt in textu graeco M.*

IV. 2 multociens A || 9/10 hoc nomen, Deus *deest in textu graeco M* || 11 universali omnis nomen] τὸ τοῦ καθολικωτέρου ὄνομα M || 11/12 Propter — tuus: Psalm. 44, 8. || 13 in regione longinqua] ἐν χώρᾳ τῇ ἀστάτῳ M {Job. 1, 1.}. Verba in regione longinqua videntur esse a scriptore deprompta ex ev. Luc. (19, 12.): «Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam . . .» || 15 post cognoscimus *deest translatio verborum μίαν δὲ τὴν ὑπόστασιν ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετον, ὅτε μὲν τὰς φύσεις ἀναθεωροῦμεν* M || 17 post Deum *deest translatio verborum καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ* M || 20 ex puris] ἐκ τῶν ὑψηλῶν M || 22 que *seclusi* || 22 est *seclusi* ||

illud vero factus est posterius propter philanthropiam, id est
 amorem hominum. Deitatem igitur dicentes non denominamus
 ipsius humanitatis proprietates. Non enim dicimus deitatem pas- 25
 A 62^r sibilem aut creatam, | neque de carne, id est humanitate, praedi-
 camus deitatis proprietates. Non enim dicimus carnem, id est
 humanitatem, increatam, sed in persona, etsi ex utrisque, etsi
 ex una partium hanc denominamus, utrarumque naturarum pro-
 prietates ipsi apponimus. Et Christus enim, qui est vere ex utrisque 30
 est, et Deus et homo dicitur, et creatus et increatus, et passibilis
 et impassibilis. Et cum ex una partium Filius Dei et Deus nomi-
 natur, recipit subsistentis naturae proprietates, videlicet carnis,
 R 57^r Deus passibilis vocatus est, et Dominus gloriae crucifi|xus, non
 secundum quod Deus est, sed secundum quod homo et idem est. 35
 Sed cum homo et filius hominis nominetur, recipit divinae sub-
 stantiae proprietates. Puer ante saecula et homo sine principio,
 non secundum quod puer et homo est, sed secundum quod Deus
 quidem ante saecula, factus autem in ultimis puer. Et hic est
 modus aequae relationis, ex utraque natura aequae reddenti alteri 40
 proprietates propter personae identitatem et propter ad invicem
 A 62^r ipsorum | duorum unionem, et secundum hoc possumus de Christo
 dicere: Hic Dominus noster in terra visus est, et hic homo increa-
 tus est, et impassibilis, et incircumscriptus.

V. Sicut autem in deitate unam naturam confitemur, tres
 autem personas secundum veritatem esse dicimus, et omnia qui-
 dem phisica et substantialia simplicia esse certificamus, differen-
 tiam autem personarum in solis tribus proprietatibus, in paterna 5
 sine causa et cum causa in filiali et cum causa in processiva, cogno-
 scimus. Non autem ipsas insertas et distantes ab invicem et unitas
 et invicem inconfuse ingressas credimus et tamen inconfuse unitas,
 tres enim sunt et unitae, divisas autem et sine spatio. Si enim et
 unaquaeque secundum ipsam subsistit, id est persona perfecta est
 R 58^r et propriam proprietatem, videlicet existentiae diffe|rentem 10
 modum, possidet, sed tamen unitae sunt in substantia, et in
 phisicis proprietatibus, et in eo, quod non est differre neque era-

28 ex om. R || 37 proprietates. Ut puer A || 40 aequae relationis] ἀντιδόσεως
 M || 40 aequae reddenti] ἀντιδοῦσης M || 42 duorum correxi: duum AR ||
 43 Hic — visus est: Baruch. 3, 38. || 43 post visus est deest translatio
 verborum καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστάφη M.

V. 3/4 differentiam correxi: differentia AR || 6 Non autem ipsas
 insertas] ἀνεκφοιτήτους δὲ αὐτάς M || 12 phisicis R || 12 neque R: et A,
 sed supra versum in neque corr. A² ||

dicari a paterna persona, et unus Deus sunt et dicuntur. Eodem | A 63^r
modo et in divina et inenarrabili et omnem intellectum et con-
15 ceptionem excellenti dispensatione, unius sanctae Trinitatis Dei
Verbi Domini nostri Jesu Christi duas quidem naturas confitemur,
divinamque et humanam, simul accedentes ad invicem, et secun-
dum personas unitas, unam autem personam ex duabus naturis
perfectam compositam, integras autem duas naturas dicimus, et
20 post unionem, in una composita persona, in Christo, et secundum
veritatem ipsas esse, et istarum phisicas proprietates, unitas tamen
inconfuse et indivisibiliter, et differentes et enumeratas. Et sicut
tres personae sanctae Trinitatis inconfuseque unitae sunt, et in-
divise divisae sunt, et numerantur, et numerus divisionem et
25 distantiam et variationem in ipsis non operatur, unum enim Deum
cognoscimus Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, eodem
modo et Christi naturae, quamvis unitae sint, sed inconfuse uni-
tae, et ad invicem sufficientes, sed in alterutrum conversionem et
mutationem non | patiuntur. Servat enim utraque in seipsis phisi- A 63^r
30 cam proprietatem immutabilem. | Unde et numerantur, et nume- R 58^r
rus non inducit divisionem. Unus enim est Christus, in deitate et
humanitate perfectus. Numerus enim non divisionis aut unionis
aptus natus est causa esse, sed quantitatis numeratorum signifi-
cativus est, sive eorum, quae uniuntur, sive quae dividuntur. Quae
35 uniuntur quidem, quod quinquaginta lapides habet hic murus,
quae autem dividuntur, quod quinquaginta lapides positi sunt
in humo ista. Et quae uniuntur quidem, ut quoniam duae naturae
sunt in pruna ignis dico et ligni; quae dividuntur autem, quod
natura ignis altera est, ligni altera, alio modo veniente aut divi-
40 dente ipsa. Sicut igitur impossibile est tres personas deitatis, quam-
vis unitae ad invicem sint, unam personam dicere propter id, quod
non sit confusionem et immanifesta personarum differentiae ope-
rari, sic et duas Christi naturas, quae secundum | personam unitae A 64^r
sunt, impossibile est unam naturam dicere, ut non immanifesta
45 et confusionem et non existentiam ipsarum differentiae opinemur

28 et ad invicem sufficientes] καὶ εἰ ἐν ἀλλήλαις περιχωροῦσιν M || 35
quod] ὥς ἐστι M || 36 quod] ὥς ἐστι M || 36 quinquaginta A: L R || 37
ut. om. A, sed supra versum add. A² || 40 ipsa correxi: ipsam AR, post
ipsa deest translatio verborum καὶ οὐ τοῦ ἀριθμοῦ M || 42 differentiae
correxi: differentia AR || 44 inmanifestam A: ἵνα μὴ ἀφανισμὸν M || 45
confusionem correxi: confusam AR: σύγχυσιν M || 45 differentiae correxi:
differre AR: τῆς αὐτῶν διαφορᾶς M ||

[quod omnis divina natura in una ipsius persona unita sit omni humanae naturae et non pars parti].

- VI.** Communia et universalia praedicantur de sibi subiectis
 R 59^r particularibus, communia quidem igitur | sunt, ut substantia, ut
 species, particularia vero, ut persona. Particulare autem est, non
 quod partem naturae habeat, partem autem non habeat, sed
 particulare est numero, ut est athomus. Numero enim, et non 5
 natura differre personae dicuntur; praedicatur autem substantia
 de persona, quoniam unaquaeque similium personarum perfecta
 substantia est, ex quo differunt ad invicem personae non secun-
 dum substantiam, sed secundum accidentia, quae sunt figurativa
 propria, figurativa autem personae sunt, et non naturae. Etenim 10
 A 64^v personam diffiniunt substantiam esse cum accidentibus. | Quare
 commune cum proprio habet persona, substantia autem non sub-
 sistit, sed in personis consideratur. Patiente enim una substantia,
 omnis substantia, cum passibilis sit, secundum quam persona passa
 est, pati dicitur in una ipsius personarum. Non tamen necesse est 15
 et omnes similes personas patienti compati personae. Sic igitur
 confitemur deitatis naturam omnem perfecte esse in unaquaque
 ipsius personarum, omnem quidem in Patre, omnem in Filio,
 omnem in Spiritu Sancto. Unde perfectus Deus Pater, perfectus
 Deus et Filius, perfectus Deus et Spiritus Sanctus. Sic et in humani- 20
 tate unius sanctae Trinitatis Dei Verbi, dicimus omnem et perfectam
 R 59^v naturam deitatis in una ipsius persona unitam | esse omni humanae
 naturae, et non partem parti. Dicit autem divinus Apostolus:
 Quoniam in ipso habitat omnis plenitudo deitatis, in corpore
 Domini, id est in carne ipsius, et huius discipulus multum divina 25
 A 65^r indutus Dyonisius, quod omnino nobis in una | ipsius sui com-
 municavit personarum. Non autem dicere cogimur omnes deitatis
 personas videlicet secundum personam uniri. Secundum nullam

46/47 verba, quae seclusi, desunt in textu graeco M et videntur esse deprompta e capite VI. (versus 21/23).

VI. 1 post communia supra versum add. ergo A² || 5 particulare om. R, sed in margine add. R² || 5 post est in margine add. quod numero plura A² || 5 numero conieci: non est AR: ἀλλὰ μείζον τῷ ἀριθμῷ, ὥς ἀτομον M || 6 praedicatur correxi: praedicantur AR || 12 post verbum persona deest translatio verborum καὶ τὸ καθ' ἑαυτὴν ὑπάρχει M, quae verba «in solo Reg. 2927.» reperiuntur (cf. varias lectiones in M. col. 1003—1004.) || 24 Quoniam — in corpore: Coloss. 2, 9. || 24 post verbum deitatis in margine add. corporaliter A² || 25 post verbum discipulus deest translatio verborum ὁ θεοφόρος, καὶ M. || 28 post videlicet deest translatio verborum τὰς τρεῖς πᾶσαι ταῖς ἀνθρωπότητος ὑποστάσει M ||

enim communicavit rationem Pater et Spiritus Sanctus incarnationi Verbi Dei, nisi secundum beneplacitum et voluntatem. Omni enim humanae naturae dicimus unitam esse omnem deitatis substantiam. Nichil enim eorum, quae in nostra a principio plantavit natura, nos componens reliquit, sed omnia accepit, corpus, animam intellectivam et rationalem, et horum propria. Animal enim sine unius horum parte non homo est. Totus enim totum assumpsit, et totus toti unitus est, ut toti salutem largiatur. Non autem assumptum incurabile est. Unitum autem est carni per medium intellectum Verbum Dei mediantem Dei puritati et carnis pinguedini, praesens quidem enim animae et carni intellectus est, cum sit animae purissimum. Sed etiam ipsius intellectus Deus est. | A 65^r
 Quando aliquid remanet quidem | a digniori, intellectus proprium Christi principatum demonstrat. Vincitur autem et comitatur, quod dignius est, et haec operatur, quae divina vult voluntas. Spatium intellectus factus est deitatis secundum personam sibi unitae, sicut videlicet et caro non cohabitans est, quemadmodum hereticorum oberrat opinio : neque enim utique mensuram, dicens, separat, corporaliter immaterialia iudicans. Qualiter autem Deus perfectus et homo perfectus, omoysios Patri et nobis dicitur, si pars divinae naturae parti humanae naturae in seipso unita est?
 Dicimus autem naturam nostram surrexisse ex mortuis, et ascendisse, et a dextris Patris sedere, non secundum quod omnes hominum personae surrexerint et a dextris Patris sederint, sed omnis natura in Christi persona. Dicit enim divinus Apostolus : Suscitavit et considerare nos fecit in Christo. Hoc autem dicimus | quo- A 66^r
 niam ex communibus substantiis unio facta est, omnis autem substantia communis omnibus personis, quae sub ipsa continentur, et non est invenire particularem et propriatam naturam, id est substantiam, quoniam necesse est easdem personas et omoysias

29/30 incarnationi *correxi*: incarnatione AR || 33 *post verbum natura deest translatio verborum* ὁ Θεὸς Λόγος ἀρχῆθεν M || 37/38 *per medium intellectum Verbum Dei mediantem Dei puritati* διὰ μέσου νοῦ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ μεσιτεύοντος Θεοῦ καθαρότητι M || 38/39 *pinguedini correxi*: pinguedinem AR || 39 *praesens* ἡγεμονικόν M || 39 *et carni om.* R, *sed supra versum add.* R² || 41 *proprium correxi*: proprius AR || 42 *comitatur correxi*: commutatur AR: ἐπιταί M || 43 *vult* A: est R, *quo deleto supra versum add.* vult R² || 46 *neque enim utique mensuram, dicens, separat* οὐ γὰρ ἂν μεδιμαῖον, λέγουσα, χωρήσει διμέδμνον M || 49 *seipso correxi*: seipsa AR || 50 *ex* a R, *quo deleto supra versum add.* ex R² || 50/51 *ascendisse om.* R, *sed in margine add.* R² || 53/54 *Suscitavit — Christo: Ephes. 2, 6.* || 57 *particularem correxi*: particulare AR ||

et alteroysias dicere, et sanctam Trinitatem et omoysiam et
 R 60^r alteroysiam secundum deitatem dicere. Eadem igitur | natura et 60
 in unaquaque personarum consideratur et, cum dicamus naturam
 Verbi incarnatam esse, secundum beatos Athanasiumque et Cyril-
 lum deitatem dicimus unitam esse carni. Unde non possumus
 dicere, quod natura Verbi passa sit. Non enim passa est deitas
 in ipso. Dicimus autem humanam naturam passam esse in Christo. 65
 Quare naturam Verbi dicentes ipsum Verbum significamus. Ver-
 bum autem et communitatem substantiae et proprium personae
 possidet.

- A 66^r VII. | Anteesse quidem igitur sine tempore et aeternaliter
 dicimus divinam Verbi personam, simplicem, et incompositam,
 increatam, incorpoream, invisibilem, sine tactu, incircumscriptam,
 omnia habentem, quaecunque habet Pater, sicut et ipsi omoysion,
 sed generationis modo et paternae personae relatione differentem, 5
 seque perfecte habentem, nequaquam ex paterna plantatam per-
 sonam, in ultimis autem diebus nec a paternis distantem sinibus,
 incircumscripse exinanitam in utero sanctae Virginis, non semi-
 native, nec susceptive, sicut novit et ipse, et in ea ipsius persona,
 quae est ante saeculum, subicere sibi carnem ex sanctissima Vir- 10
 gine. In omnibus quidem igitur et super omnia erat, et in utero
 R 61^r sanctae Genitricis Dei ex|istebat, sed in ipso actu incarnationis.
 Incarnatus igitur ex ipsa est assumens dominatum nostrae cons-
 persionis, carnem animatam anima rationali et intellectione.
 A 67^r Quare | est ipsam personam realiter in carne esse, compositam 15
 autem ex duabus perfectis naturis, deitatisque et humanitatis,
 et ferre ipsam divinae Verbi Dei filiationis significativam et deter-
 minativam proprietatem, secundum quod differt et a Patre et
 a reliquis hominibus. Ferre autem divinae naturae proprietates,
 secundum quas unitur Patri et Spiritui Sancto, et quae sunt 20

62/63 Athanasium Cyrillumque R, sed post Athanasium supra versum add. et
 R¹: Κατὰ τοὺς μακαρίους Ἀθανάσιόν τε καὶ Κύριλλον M || 65 post Christo deest
 translatio verborum οὐ μὴν πάσας τὰς τῶν ἀνθρώπων ὑποστάσεις ὑπεμβαίνοντες,
 ἀλλὰ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν πεπονθέναι M.

VII. 1 igitur om. R, sed supra versum add. R² || 3 sine tactu] ἀναπῇ
 M || 6 plantatum] ἐκφρουτῶσαν M || 8 exinanitam] ἐνοκημέναι M || 13
 dominatum] ἀπαρχήν M || 15 Quare est] ὥστε αὐτὴν χρηματίζει τῇ σαρκὶ
 ὑπόστασιν M || 15 post esse deest translatio verborum τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγον
 ὑπόστασιν, καὶ σύνθετον γενέσθαι τὴν πρότερον ἀπλὴν οὐσαν τοῦ Λόγον ὑπό-
 στασιν M || 18 post Patre deest translatio verborum καὶ τοῦ Πνεύματος, τὰ
 τε τῆς σαρκὸς χαρακτηριστικὰ καὶ ἀφοριστικὰ ἰδιώματα, καθ' ἃ διαφέρει τῆς τε
 μητρὸς M ||

- humanae naturae nota, secundum quae unitur Matrique et nobis. Amplius autem differt a Patre et a Spiritu Sancto, et Matre et nobis, secundum quod est Deumque esse et hominem simul eundem. Hoc enim Christi maxime proprium et speciale cognoscimus.
- 25 Quidnam igitur confitemur ipsum unum Filium Dei, et post humanitatem unum et Filium hominis eundem, unum Christum, unum Dominum unigenitum Filium et Verbum Dei, Jesum Dominum nostrum. Duas ipsius generationes veneremur, unam quidem ex Patre, ante secula, ultra causam et rationem et tempus
- 30 et naturam, et unam autem in ultimis | propter nos, et secundum A 67^r nos, et ultra nos; <propter nos,> quoniam propter nostram salutem, secundum nos, <quoniam> factus est homo ex muliere et in tempore, ultra nos, quoniam non ex semine, sed ex Spiritu Sancto et sanctissima Theotoco, ultra legem, | quoniam non solum R 61^r
- 35 Deum ipsum praedicamus, nudum nostra humanitate, neque hominem dicentes ipsum nudum deitate, nec alium et alium, sed unum et eundem, simul Deumque et hominem, Deum perfectum et hominem <perfectum>, totum Deum et totum hominem, eundem totum Deum et cum carne ipsius, et totum hominem et cum
- 40 deitatis ipsius divinitate. Per id, quod est dicere perfectum Deum et perfectum hominem, complementum et non defectum ostendimus naturarum, per id vero, quod est dicere totum Deum et totum hominem, singularitatem et non divisionem monstramus personae. Et unam naturam Verbi Dei incarnatam confitemur.
- 45 Sed per id, quod est <dicere> naturam incarnatam, carnis substantiam significamus, et hoc secundum sanctum Cyrillum. Et incarnatus est Logos, id est Verbum, et a propria altitudine non destitit, et omnino | incircumscriptus. Minoratur corporaliter et cor- A 68^r
- 50 incircumsriptae ipsius deitati. Omnino quidem igitur Deus est

27 unigenitum] τὸν μόνον μονογενῆ M || 27 Jesum conieci: ut AR: Ἰησοῦν τὸν Κερίον ἡμῶν. Δύο αὐτοῦ M || 27/28 Dominum nostrum correxi: domini nostri AR || 30 et (1) om. R || 31 propter nos addidi: δι' ἡμᾶς M || 31/32 quoniam propter nostram salutem, secundum nos om. R, sed in margine add. R² || 32 quoniam addidi: ὅτι M || 33 in tempore] χρόνῳ κινήσεως M || 33 sed ex A: et R, quo deleta supra versum add. sed ex R² || 34 theotoco R: Παρθένον M || 34 ultra legem] ὑπὲρ νόμον κινήσεως M || 38 perfectum addidi: Θεὸν τέλειον καὶ ἀνθρώπον τέλειον M || 41 complementum] τὸ πλήρες M || 45 dicere addidi: διὰ τοῦ εἰπεῖν M || 46 et hoc desunt in textu graeco M || 46 hoc correxi: hic AR || 48 post destitit deest translatio verborum καὶ ὅλος σαρῶκεται M ||

perfectus, non autem totum est Deus. Non enim solus Deus, sed et homo, et totus homo perfectus, non autem totum homo est. Non solum enim est homo, sed et Deus. Totum quidem enim
 R 62^r naturae est praesentativum, totus autem | personae, sicut aliud naturae, alius vero personae. Sciendum autem est, quod quamvis 55 ingredi in invicem Domini naturas dicamus, sed tamen scimus, quod ex divina ingressus factus est. Haec enim omnia penetrat, sicut vult, et circumscribit, per ipsam autem nichil. Et haec autem propria carni assignat, permanens ipsa impassibilis, et carnis passionibus non participat. Si enim sol nobis proprios actus tradit, 60 et nostris non participat, multo magis solis creatorque et Dominus.

A 68^r **VIII.** Si autem aliquis interrogat de Domini | naturis, si sub continuum quantitatem reducuntur, aut discretam dicemus, quod Domini naturae neque unum corpus sint, neque una superficies, neque una linea, nec tempus, nec locus, ut sub continuum quantitatem reducuntur. Haec enim sunt quae continue dinumerantur. 5 Sciendum autem est, quod numerus differentium sit, et numerari impossibile est secundum nichil differentia, sed secundum quod differunt, secundum hoc et numerantur, ut Petrus et Paulus, secundum autem quod uniuntur, non numerantur. Ratione enim substantiae unitae, duae naturae non possunt dici, secundum 10 autem personam differentes, duae personae convenienter dicuntur.

R 62^v Quare nume|rus differentium est, et quomodo differunt differentia, hoc etiam modo et numerantur. Uniuntur quidem igitur Christi naturae inconfuse et secundum personam indivisae sunt. Non enim secundum personam duas dicimus esse naturas Christi, ratione 15 et modo differre. Unitae enim sunt secundum personam, et in

A 69^r alterutris | divisionem habent, et inconfuse unitae sunt, et propriam unaquaeque phisicam differentiam custodit. Modo quidem igitur differentiae et solo numerantur et sub discretam quantitatem reducentur. Unus igitur est Christus, Deus perfectus et homo 20

51 enim A: autem R, quo deleta supra versum add. enim R² || 53 enim om. A, sed supra versum add. A² || 57 ex divina] ἐκ τῆς θείας φύσεως M || 58/59 Et haec autem propria carni assignat] καὶ αὐτῇ μὲν τῶν οὐκ ἐκ τῆς φύσεως ἀλλ' ἐκ τῆς σαρκὸς μεταδίδωσι M.

VIII. 13/16 a verbo Uniuntur usque ad differre translatio est manca. In textu graeco verba, quae in A et R desiderantur, in uncis posui: "Ἦνουνται μὲν οὖν αἱ τοῦ Κυρίου φύσεις ἀσυγχύτως καθ' ὑπόστασιν, διήρηται [δὲ ἀδιαρέτως λόγῳ καὶ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς. Καὶ ὅ μὲν τρόπῳ ἦνουνται, οὐκ ἀριθμοῦνται·] οὐ γὰρ καθ' ὑπόστασιν δύο εἶναι φαμεν τὰς φύσεις τοῦ Χριστοῦ· [ὅ δὲ δὲ τρόπῳ ἀδιαρέτως διήρηται, ἀριθμοῦνται· δύο γὰρ εἰσὶν αἱ φύσεις τοῦ Χριστοῦ] λόγῳ καὶ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς M || 17 divisionem] περιχώρησιν M ||

perfectus, quem adoramus cum Patre et Spiritu, una oratione cum [idem] immaculata carne ipsius, non carnem non adorandam esse dicentes. Adoratur enim in una Verbi persona, quae ipsi persona [fuit vel] facta fuit, non creationem colentes, non enim
 25 sicut nudam carnem adoramus, sed sicut deitatem unitam, et sicut in unum prosopon et unam personam Verbi, duabus ipsius reductis naturis. Sic itaque dedimus prunam tangere propter ignem ligno coniunctum. Adoramus Christi utrumque, propter divinitatem carni unitam. Neque quartam apponimus personam in
 30 Trinitate neque utique | fiat, sed unam personam Verbi Dei con- R 63^r fitemur et carnis ipsius. Trinitas enim permansit Trinitas etiam post Verbi incarnationem.

Amen.

22 idem *seclusi* || 24 fuit vel *seclusi* || 24 colentes *corr. ex* edentes R || 27 dedimus] *δέδωκα* M, *Cerbanus verbo dedimus transtulit verbum δέδωκα.*

DE CERBANO EIUSQUE TRANSLATIONE.

I.

De persona Cerbani ex sola ipsius praefatione possunt quaedam cognosci.¹ Etquidem ex ea certissime constat Cerbanum saeculo XII. vixisse suamque translationem eodem tempore confecisse.² Cerbanus enim translationi suae haec inscripsit: «Reverentissimo patri et domino David archimandritae celeberrimo Cerbanus promptum cum dilectione servitium».³ Hic David archimandrita praefuit collegio S. Martini, ut patet ex verbis: «... illud eximium sancti Martini, cui praesidetis, collegium...».⁴ Cum monasterium S. Martini, ut apparet ex verbis: «Cum nuper ab excellentia sanctitatis vestrae licenciatus Pastuchi, sicut praedixerim, monasterium adissem...»⁵, artiore vinculo esset coniunctum cum illo, quod erat Pastuchi,⁶ hoc monasterium S. Martini aliud esse non potest, quam quod in S. Monte Pannoniae a S. Stephano rege anno 1001. fundatum adhuc semper floret, cui abbas David praefuit annis 1131—1150,⁷ quo tempore Cerbanus suam translationem, quam huic abbati David dedicavit, confecit. Ipsa tota interpretatio tantam peritiam in scientiis theologicis⁸ tantumque usum in lingua graeca et

¹ Cf. Zalán l. c. p. 52—54.

² Cerbanum ante saeculum XIII. vixisse patet ex eo, quod codices A et R circa finem saeculi XII. vel initio XIII. (cf. Zalán, l. c. p. 55 et 57.) sunt exarati.

³ Praef. Cerbani v. 1—2.

⁴ Praef. Cerbani v. 8—9.

⁵ Praef. Cerbani v. 3—4.

⁶ Nunc nominatur Pásztó, situm est in parte superiore (in comitatu Heves) Hungariae. Nomen 'Pasztuch' invenitur iam in Anonymi «Gestis Hungarorum» (cf. Scriptores rerum Hungaricarum I. Budapestini 1937. p. 74.). — Anno 1190 Ordo S. Benedicti possessione huius abbatiae cessit Ordini Cist., qui etiam nunc eam possidet. Cf. Sörös: Az elenyészett bencés apátságok. Budapest, 1912. p. 371.

⁷ Cf. Sörös: A pannonhalmi Szent Benedek-rend története. Budapest, 1902. t. I. p. 371.

⁸ Cerbanum eruditione theologica praesertim graeca imbutum esse elucet iam ex verbis praefationis: «... nec breviter nec prolixè cuiquam licet omnino vires caritatis enarrare, cum non solum ea sit ineffabilis, sed etiam inexcogitabilis, quippe quae Deus est» (v. 17—19.), quam quidem sententiam plurimum theologorum

latina¹ prodit, ut Cerbanum monachum vel saltem sacerdotem saecularem fuisse certum sit. Non erat tamen monachus monasterii S. Martini,² neque erat monasterii Pastuchiensis,³ sed monachum fuisse Ordinis S. Basilii proxime ad verum accedere videtur.⁴ Ex tota praefatione patet Cerbanum diutius in Hungaria vixisse eiusque monasteria frequentasse. Cum in Hungaria iam S. Stephano regnante monasteria ritus graeci tam monachorum, quam monialium extiterint⁵ saeculisque XIII—XIV. a quibusdam scriptoribus plura et antiqua graeca monasteria Hungariae commemorata sint,⁶ Cerbanum fuisse monachum alicuius monasterii Hungariae⁷ pro certo affirmari potest.⁸

Graecorum a Petro etiam Lombardo amplexatam («... ipsa dilectio Deus est, id est Spiritus Sanctus...») Sent. lib. I. c. XVII—1.) summus pontifex Alexander III. damnavit.

¹ Cerbanus magna cum volubilitate linguae copiaeque orationis transtulit Damascenum e graeco in latinum. Formas dicendi graecae expedite et integre expressit sermone latino, quod imprimis apparet ex comparatione cum Burgundione, quem superat. (Cuius rei multa exempla inveniri possunt in parte II. huius dissertationis). Cerbanus propter perspicuitatem nonnunquam ipsa verba graeca retinet. (Cf. Ghelincx: Byz. Zschr. 21 (1912) p. 456. et Le mov. th. du XII^e s. Paris, 1914. p. 265—266; Zálán: l. c. p. 51—52.) — Translatio tamen Cerbani dici non potest perfecta, etsi eius vitia et virtutes tum notari possent, si praesto esset codex graecus de Pastucho, quo Cerbanus in sua translatione conficienda utebatur. Inveniuntur in M verba graeca, quae a Cerbano non sunt translata (cf. apparatus c. II. vers. 23; c. III. vers. 25, 57; c. IV. vers. 15, 17, 43 etc.), immo inveniuntur verba, quae sunt plus minusque falso translata (cf. apparatus c. I. vers. 8, 14, 22, 22/24, 35; c. II. vers. 15; c. III. vers. 4, 7 etc. Cerbanus in versu 6. capituli VII. pro *ἐκφωτῶσαν* transtulit verbum *ἐκφωτῶσαν*; in versu 17. c. VIII. pro *περιχώρησαν* transtulit *περιχώρισαν*; in versu 27. c. VIII. pro *δέδωκα* transtulit *δέδωκα*).

² Praef. Cerbani v. 13—15. «Quis... breviter explicet tantos circa me, quoties accedo, vestrae susceptionis affectus».

³ Praef. v. 3—4.: «Cum nuper ab excellentia sanctitatis vestrae licenciatus Pastuchi... monasterium adissem...»

⁴ Cf. Moravcsik: Görögnyelvű monostorok Szent István korában. Emlékkönyv Szent István király halálának kilencszázadik évfordulójára. Budapest 1930. Tomus I. p. 408. — Cerbanum fuisse monachum alicuius monasterii ritus graecos observantis confirmari videtur eo, quod in praefatione abbatem David nominat «archimandritam» (v. 1.) et de S. Maximo dicit: «patris nostri» (A f. 1^r; R f. 3^r). Cf. Zálán: l. c. p. 53.

⁵ Cf. Moravcsik l. c. p. 402—418, imprimis p. 405. et 408—410.

⁶ Cf. Moravcsik l. c. p. 418—420.

⁷ Forsitan fuerit ex monachis graecis, quorum monasterium de Visegrad a rege Andrea I. (1047—1060) erectum, in medio inter Montem Pannoniae et Pastuchum situm est. Anno 1221. hoc monasterium a monachis graecis ademptum et latinis datum est. Cf. Moravcsik l. c. 418—419.

⁸ Quod non refellit nomen «Cerbanus», quod videtur esse originis slavicae; in monasteriis enim Hungariae, praesertim graecis, non solum monachi origine Hungari fuerunt. Sic ex. gr. papa Clemens VI. in litteris anno 1344. ad episcopum Nitriensem missis agit de monasterio S. Demetrii saeculo XI—XII. fundato, «in quo ex primaria institutione ipsius Greci, Ungari et Sclavi servire debebant.» Cf. Moravcsik l. c. p. 420.

Ghellinck¹ et Zalán² de aetate translationis disserentes «terminum ante quem» esse putant annum 1175., quo Arno de Reichersperg, qui hac translatione in libro suo «Apologeticus contra Folmarum»³ utebatur, de vita decessit. Atqui etiam Gerhoh de Reichersperg, frater et in praepositura decessor Arnonis, iam prior hac translatione usus erat :⁴

Gerhoh :

(Migne : Patr. Lat. CXCIV.
col. 1114—5.)

Unde Joannes Damascenus : Unus, ait, Christus Deus perfectus et homo perfectus, quem adoramus cum Patre et Spiritu Sancto una adoratione, non carnem non adorandam esse dicentes, adoratur enim in una Verbi persona, non creationem colentes; non enim sicut nudam carnem adoramus, sed sicut deitati unitam.

Cerbanus :

(Cap. VIII. v. 20—25.)

..... Unus igitur est Christus, Deus perfectus et homo perfectus, quem adoramus cum Patre et Spiritu, una oratione..... non carnem non adorandam esse dicentes. Adoratur enim in una Verbi persona..... non creationem colentes, non enim sicut nudam carnem adoramus, sed sicut deitati unitam.

Ad annum igitur 1169., quo Gerhoh de vita decessit,⁵ translatio Cerbani in praeposituram Reicherspergensensem pervenit,⁶ quibuscum maxime convenit Cerbanum sub abbate David (1131—1150) suam translationem confecisse.

Ex verbis autem praefationis accuratius determinari potest, quando translatio confecta sit. Cum enim Cerbanus translationi operam dedit, multi monasterium S. Martini viserunt, quod patet ex verbis : «Quis enim, ut super innumeris aliis undique vos adeuntibus sileam, breviter explicet tantos circa me, quoties accedo, vestrae suscep-

¹ Cf. Byz. Zschft 21 (1912) p. 465. et Le mouv. th. du XII^e s. Paris 1914. p. 266.

² Cf. l. c. p. 51. et 54.

³ Edidit Weichert, Lipsiae 1888.

⁴ Gerhoh etiam libris Sententiarum Petri Lombardi, qui saepe Damascenum afferunt, utitur (quod patet ex verbis : «In Petri enim Longobardi glossis... et in Sententiis... invenitur...» — Migne : Patr. Lat. CXCIII. col. 547.), tamen hunc locum Damasceni, ut supra exposuimus, Gerhoh verbis translationis Cerbani, Petrus autem Lombardus secundum translationem Burgundionis profert : «... Joan. Dam. ... ait : Unus igitur Christus est Deus perfectus et homo perfectus, quem adoramus cum Patre et Spiritu una adoratione... non inadorabilem carnem dicentes, adoratur enim in una Verbi hypostasi... non creaturae venerationem praebentes. Non ergo ut nudam carnem adoramus, sed ut unitam deitati...» (Sent. lib. III. c. IX. — 1. Cf. Qu (= Sancti Bonaventurae commentaria in quatuor libros Sententiarum Magistri Petri Lombardi. Ad Claras Aquas [Quaracchi], 1882.) t. III. p. 198.).

⁵ Cf. Migne : Patr. Lat. CXCIII. col. 481.

⁶ Quod magni momenti videtur ideo, quod translatio Cerbani interveniente Gerhoh de Reichersperg ad ipsum Petrum Lombardum pervenire potuit. Cf. p. 32.

tionis affectus».¹ Cum compertum habeamus templum huius monasterii combustum ab abbate David restitutum atque initio anni 1137. a Feliciano archiepiscopo Strigoniensi — praesente Bela II. rege Hungarorum — varias inter sollemnitates consecratum esse,² verisimile esse videtur monasterium novum aedificium spectandi causa esse frequentatum, templum enim pulcherrimum a Davide erectum³ merito multos ad cupiditatem templum spectandi inflammare poterat.⁴ Profecto donis multis atque ingentibus Cerbanus quoque — in «simplicitate dilectionis»⁵ — adiunxit donum suum exiguum, grato animo pro convivii caritatis suavitatisque plenis.⁶ Ideo translationem vel annis aedificationis templi, vel anno consecrationem subsequenti (1134—38) confectam esse pro certo affirmari potest.⁷

Inscriptiones, quae in codicibus A et R leguntur, dilucide non memorant Cerbanum translatores Maximi fuisse etiam Damasceni translatores. Huius enim libri translatio, amisso translatoris nomine, incipit verbis: «Joannis Damasceni de incarnatione Verbi. Suggestione igitur principis...».⁸ Praeterea praefationem Cerbani haec tantum verba antecedunt: «Praefatio Cerbani in librum ekatontadum Maximi philosophi et monachi».⁹ In praefatione Cerbanus libri solius Maximi facit mentionem: «Cum nuper... Pastuchi monasterium adissem, quosdam libros ibi sancti Maximi philosophi simul ac monachi reperi, de quibus aliquos tractatus Deo prosperante transferre sanctoque gregi, quem pascitis, destinare disposui».¹⁰ Attamen libri etiam Damasceni translatores Cerbanum fuisse conspicitur.¹¹ Licet

¹ Praef. Cerbani v. 13—15.

² Cf. Sörös: A pannonhalmi Szent Benedek-rend története. Budapest 1902. Tom. I. p. 117.

³ Cf. Mihályi: A jubiláló pannonhalmi székesegyház. Pannonhalmi Szemle 1 (1926) p. 31.

⁴ Cf. Sörös o. c. p. 117.

⁵ Cf. Praef. Cerbani v. 11.

⁶ Cf. Praef. Cerbani v. 13—19.

⁷ Praefatio Cerbani haec quoque verba continet: «... haec (sc. translatio) sanctitati vestrae (sc. David) ... non necessaria, quae iam phylisteum pessumdedit et allophilos subdidit...» (v. 20—23), his tamen, cum de abbate David perpauca tantum comperta habeamus (cf. Sörös o. c. p. 117.), ad definiendum tempus translationis uti non possumus.

⁸ Sic A, R autem habet: «Incipit tractatus Joannis Damasceni de incarnatione Verbi. Suggestione...».

⁹ Cf. titulum Praefationis Cerbani.

¹⁰ Cf. Praef. Cerbani v. 3—7.

¹¹ Zalán opinatur (cf. l. c. p. 50.) Cerbanum in praefatione (versus 20—21.) de libro etiam Damasceni esse locutum verbis: «... velut illa duo minuta plus multis talentis Deo famosa, sint haec sanctitati vestrae... accepta-

enim codices A et R nec Cerbanum quidem, sed nec alium quemquam translatores libri Damasceni nominent, tamen ipsa translatio ab omnibus aliis hucusque cognitis¹ translationibus Damasceni valde differt. Cerbanum fuisse auctorem translationis Damasceni, quae in codicibus A et R inest, iam ex modo hos codices scribendi apparet. Eadem enim manus exaravit utramque (sc. et Maximi et Damasceni) translationem in utrisque codicibus, alia autem manus ceteras codicis R partes; in codice A translatio libri Damasceni sine ulla intermissione, nec novo capite incepto, sequitur translationem Maximi.² Librarii ergo codicum A et R has duas translationes (Maximi et Damasceni) tamquam unius translatoris opus cognoverunt et exaraverunt.³ Praeterea, etsi libri Maximi et Damasceni in originali forma graeca sint et argumento et stilo diversi, tamen utriusque translatio, quam codices A et R habent, unius stili est,⁴ ergo confecta ab uno auctore Cerbano. Summum vero esset argumentum, si exemplar graecum monasterii Pastuchiensis, quo Cerbanus utebatur, quodque libros etiam Damasceni contineret,⁵ inveniretur.

II.

Usque ad saeculum XII. litterae theologicae Graecorum in occidente erant plerumque ignotae. Qui libros theologorum Graecorum primus transtulerat in linguam latinam, simul animum theologorum occidentaliū ad cognoscendam totam theologiam Graecorum excultissimam

bilia». Cum etiam S. Scriptura de duobus minutis loquatur (Mr 12, 42: «Cum venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta...» et L 21, 2: «Vidit... viduam pauperculam mittentem aera minuta duo...») et ipsa similitudo sit omnino simplex, praedicta interpretatio videtur esse incerta. Magis dici potest (ex verbis praefationis) Cerbanum, cum ad translationem conficiendam aggrediretur, librum solius Maximi transferendum sibi proposuisse; codex autem graecus a Cerbano Pastuchi repertus etiam Damascenum continebat (cf. infra n. 5.), et Cerbanus theologiae graecae peritissimus non potuit resistere, quominus ex libris Damasceni insignibus saltem aliquot capita, et quidem de mysterio incarnationis subtilissima sermone latino nota faceret.

¹ De quibus cf. Ghellinck: *L'entrée de J. de Damas dans le monde litt. occ. Byz.* Zschft. 21 (1912) p. 451. et *Le mouv. th. du XII^e s.* Paris 1914. p. 265—266.

² A f. 51^v.

³ Quidam codices saeculi XIII. et XIV. (cf. Zalán l. c. p. 54—59.) translationem tantum Maximi a Cerbano confectam continent, non autem Damasceni, quia tum sola authentica — sc. a S. Sede approbata — translatio Damasceni erat a Burgundione elaborata. Cf. p. 33—34.

⁴ Cf. Ghellinck: *Le mouv. th. du XII^e s.* Paris 1914. p. 266., Zalán: l. c. p. 50.

⁵ Huiusmodi codex — licet posterioris saeculi — est in bibliotheca Caesarea Vindobonensi. Cf. Zalán l. c. p. 50.

inflammavit. Cum libri Ioannis Damasceni «De orthodoxa fide» universalem doctrinam christianam continentes sint translati primi in latinum,¹ quaerendum est, quinam confecerit translationem Damasceni primam, et quidem latinam; translatio enim Damasceni prima a Ioanne de Bulgaria confecta linguae slavicae erat,² ideoque diffundi non potuit.

Translatio Cerbani est eiusdem (saec. XII.), immo et prioris temporis (1134—38.),³ ac Burgundionis (1148—50.),⁴ at, licet sit in se pretiosa, haud tamen, quod ad vim, quam in posteritatem exercuit, attinet, magni esset momenti, si eam nulli alii, ac Gerhoh et Arno de Reicher-sperg⁵ cognovissent atque ea usi essent.

Reperiri possunt quaedam indicia, quibus perspicitur translationem Cerbani esse non tantum versionum Damasceni latinarum primam, sed etiam ea usum esse Petrum Lombardum principem theologorum saeculi XII., cuius libri illo tempore maxima auctoritate erant pervulgatique Damascenum compluries afferentes de cognoscendis libris Damasceni totiusque theologiae graecae optime meruerunt.⁶

Lombardus in primo libro Sententiarum octies, in quarto undevicies affert Damascenum,⁷ sed solum tertium librum Damasceni De orthodoxa fide, et quidem ex eo partem paene dimidiam capitis II., dimidiam capitis III., quintam c. IV., tertiam c. V., dimidiam c. VI., et VII., et VIII., nunquam igitur alios locos, quam qui etiam in Cerbani translatione inveniuntur.

Communis est sententia translatione Burgundionis usum esse Petrum Lombardum in Damasceno afferendo.⁸ At, si Lombardus translationem Burgundionis, quae omnes tososque libros De orthodoxa fide continuit, cognovisset atque ea usus esset, cur nullos alios locos praeter supra memoratos affert, illa autem capita (liber Sent. III. c. 2—8.) cur

¹ Cf. Ghellinck: *Le mouvement théologique du XII^e siècle*. Paris 1914. p. 255. — In occidente, saeculo IX., primum in libro Rabani Mauri «De institutione clericorum» legitur nomen «Damascenus», cuius loco aliis in codicibus «Damasus» legitur. Cf. Ghellinck: o. c. p. 255. nota 3.

² Ed. Popov, Moscoviae 1878.

³ Cf. p. 25.

⁴ Cf. Ghellinck: o. c. p. 247., 255., 274. et Minges: *Zum Gebrauch der Schrift «De fide orthodoxa» des Joh. Damascenus in der Scholastik*, Theologische Quartalschrift 96 (1914) p. 225—247.

⁵ Cf. p. 24. — Arno in libro suo «Apologeticus contra Folmarum» (edidit Weichert, Lipsiae 1888.) textum Cerbani nonnunquam correxerat in textum Burgundionis (in p. 131., 150., 154., 162. etc.). Cf. Ghellinck: o. c. p. 264. nota 1.

⁶ Cf. Manitius: *Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters III*. München 1931. p. 151—152.

⁷ Tabellam horum locorum vide in Appendice. — Cf. Ghellinck: o. c. p. 241.

⁸ Cf. Ghellinck: o. c. p. 245—255.

tanta amplitudine? Falsa esset sententia affirmans tantum excerpta ex translatione Burgundionis cognovisse iisque usum esse Lombardum virum omni doctrina theologia tam eruditum. Exstant quidem excerpta ex translatione Burgundionis, quae tamen videntur ex libris ipsius Lombardi composita, uti de nonnullis certo constat,¹ exemplaria autem translationis Burgundionis integra, eaque praematura et eodem loco plura inveniuntur plurimis in monasteriis oppidisque Europae.² Quaerenti itaque, cur Lombardus septem tantum capita afferat ex libris Damasceni, hucusque desideratur responsum.

Audiamus nunc verba Lombardi de Damasceno eiusque libro: «Joannes Damascenus, inter doctores Graecorum magnus, in libro, quem de Trinitate scripsit, quem et papa Eugenius transferri fecit, ait . . .»³ Iussu autem summi pontificis Eugenii III. Burgundio⁴ transtulit Damascenum, unde communis est opinio affirmans translatione Burgundionis esse Lombardum usum. At verba: «quem et papa Eugenius transferri fecit» aperte indicant Damascenum etiam iussu papae Eugenii, scilicet a Burgundione esse translatum, extitisse itaque et aliam quam Burgundionis translationem, eamque Lombardum cognovisse eaque usum esse.

Respicienda sunt et haec verba Lombardi: «in libro, quem de Trinitate scripsit».⁵ Damascenus disseruit «De orthodoxa fide», non «de Trinitate». Si Lombardus translatione Burgundionis usus esset, etiam titulum «De orthodoxa fide» invenisset, et, si illam perlegisset, animadvertisset ea universalem fidei catholicae, non solum Trinitatis, doctrinam contineri.

Loci septem et viginti a Lombardo allati plerumque sunt eorundem verborum, ac translatio Burgundionis. Unde probata videtur opinio dicens versione Burgundionis esse Lombardum usum. Sunt tamen in

¹ Cf. Ghellinck: o. c. p. 251. nota 2.

² Oxford, Paris, Troyes, Vienne, Madrid, Admont, München, Roma, Firenze etc. Cf. Ghellinck: o. c. p. 270—271. nota 4. et 5.

³ Cf. Qu t. I. p. 339.* — «Joannes Damascenus, inter doctores Graecorum maximus» Migne: Patr. Lat. t. CXII. col. 577.

⁴ De Burgundione cf. Fabroni: Memorie istoriche di piu uomini illustri Pisani. Pisa 1790. t. I. p. 71—104. — Savigny: Geschichte des römischen Rechts im M. A. Heidelberg 1850. t. IV. p. 394. — Krumbacher (Ehrhard): Geschichte der byzantinischen Literatur. München 1897² p. 70. — Draeseke: Bischof Anselm von Havelberg und seine Gesandtschaftsreise nach Byzanz, Zeitschrift für Kirchengeschichte 21 (1900—1901) p. 160—185. — P. Hocedez: Les trois premières traductions du «De orthodoxa fide». Musée belge 17 (1913) p. 109. — Ghellinck: o. c. p. 247 et squ. — Zalan: l. c. p. 51.

⁵ Cf. verba Lombardi supra allata.

libris Lombardi loci e Damasceno sumpti, quorum verba, cum maxime discrepent a translatione Burgundionis, simul mirum in modum congruunt cum translatione Cerbani. Huiusmodi locus amplior est, qui sequitur:¹

Burgundio :²

Post assensum igitur semper Virginis, Spiritus Sanctus supervenit super ipsam secundum Domini sermonem, quem dixit angelus, purgans ipsam, et virtutem susceptivam Dei Verbi tribuens, simul autem et generativam. Et tunc^a superobumbravit super ipsam Dei altissimi enypostatos, id est ypostasim habens sapientia et virtus, qui Filius Dei, qui Patri homusios^b, id est consubstantialis velut divinum^c sporos, id est semen, et confixit^d vel construxit sibi ipsi ex castis et purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectuali, primitias nostrae massae, non spermaticos, id est^e non seminaliter, sed conditive per Spiritum Sanctum Quare simul caro, simul Verbi Dei caro, simul caro animata rationalis et intellectualis.

Lombardus :³

Post consensum autem sanctae Virginis Spiritus Sanctus pervenit in ipsam secundum verbum Domini, quod dixit angelus, purgans ipsam, et potentiam deitatis Verbi receptivam praeparans, simul autem et generativam. Et tunc obumbravit ipsam Dei altissimi per se sapientia et virtus existens, id est, Filius Dei Patri homusios, id est consubstantialis, sicut divinum semen et copulavit sibi ipsi ex sanctissimis et purissimis ipsius Virginis sanguinibus nostrae antiquae conspersionis carnem animatam anima rationali et intellectiva, non seminans, sed per Spiritum Sanctum creans. Quare simul caro, simul Dei Verbi caro animata anima rationali et intellectiva.

Cerbanus :⁴

Per optationem autem sanctae Virginis Spiritus Sanctus praevenit in ipsam, secundum verbum Domini, quod dixit angelus, purgans ipsam et potentiam deitatis Verbi receptivam simul autem et generativam praeparans, et tunc obumbravit ipsam Dei altissimi per se sapientia et virtus, Filius Dei, Patri omoysios, id est consubstantialis, sicut divinum semen, et copulavit sibi ipsi ex sanctissimis et purissimis ipsius sanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectiva, quae fuit a principio nostrae conspersionis quoniam simul caro, simul Dei caro, simul caro animata anima rationali et intellectiva.

Tanta Lombardi cum Cerbano convenientia, simul tanta Lombardi a Burgundione discrepantia explicari non potest eo, quod Lombardus fortuito hunc locum Burgundionis ad proprium arbitrium mutavisset. Locus supra allatus adeo se extendit, tanta taliaque verba cum translatione Cerbani convenientia (ut : «potentiam deitatis Verbi receptivam

¹ De orthodoxa fide l. III. c. 2. (Migne, col. 985.).

² V = cod. Vatic. lat. 310. fol. 10^r; L = cod. Vatic. lat. 311. fol. 43^r—43^a (cf. tab. III.). — Lectiones variantes : a) tunc om. L || b) homusios Patri L || c) divinum V : durum L || d) confixit vel om. L, sed in margine add. confixit L² || e) id est om. V L, sed supra verum add. V² || f) Verbi om. V.

³ SL III. dist. III—1. — Qu t. III. p. 58.*

⁴ Cf. Cap. II. versus 15—23. (apparatum quoque ad versum 23.) et 31—32. (Cf. tab. I., II.)

praeparans», «per se sapientia et virtus», «copulavit sibi ipsi ex sanctissimis», «consersionis»,¹ «intellectiva»,²) amplectitur, quae fortunae tribui non possint. Nec vero credi potest textum Lombardi ab aliquo scriptore correctum esse ad translationem Cerbani. Tunc etiam loci priores posterioresque singularem in modum correcti essent et ita exstarent codices textum Lombardi fide digniorem servantes. Immo lata diffusio auctoritasque eximia translationis Burgundionis suadet locos e Damasceno sumptos a Lombardo forte secundum translationem Cerbani allatos, a librariis correctos esse ad translationem Burgundionis. Et revera in libro Lombardi inveniuntur et alii loci, numero sex, quos perlucent verba translationis Cerbani.

Burgundio :**Lombardus :****Cerbanus :**

I. (De orthodoxa fide l. III. c. 3.)

Quoniam autem unam hominum naturam inquit, sciendum, quod non insipientes in eam, quam animae et corporis rationem, hoc dicimus communem speciem plurimarum et divisarum ypostaseon, id est personarum, unam naturam inquit³

. . . cum unam hominum naturam dicimus, sciendum est, quod non considerantes ad animae et corporis rationem hoc dicimus communem speciem plurimarum et differentium personarum unam naturam dicimus⁴

Quoniam autem unam hominum naturam dicimus, sciendum est, quod non consideranter ad animae et corporis rationem hoc dicimus communem speciem plurimarum et differentium personarum unam naturam dicimus⁵

II. (De orthodoxa fide l. III. c. 3.)

Incommutabiliter enim et inalterabiliter unitae sunt ad invicem duae naturae, neque divina natura excedente a propria simplicitate Nos autem neque unius compositae naturae Christum nominamus⁶

Inconverse enim et inalterabiliter unitae sunt ad invicem naturae, neque divina distante a propria simplicitate Nos autem Christum non unius compositae naturae dogmatizamus⁷

Inconverse enim et incommutabiliter unitae sunt ad invicem Christi naturae, neque divina a propria simplicitate distante Nos autem Christum non unius compositae naturae dogmatizamus⁸

¹ Vocabulum «consersionis» (φωράματος M col. 985. et 1009.) iterum occurrit in c. VII. (versus 13—14.) translationis Cerbani. Hunc quoque locum affert Lombardus (cf. SL III. dist. VI—3. — Qu t. III. p. 144—135.), sed verbis translationis Burgundionis, in qua vocabulum φωράματος in utroque casu transfertur verbo «massae» (cf. V f. 10^r et 11^v; L f. 43^r et 48^v).

² Burgundio nunquam utitur verbo «intellectivus», sed «intellectualis».

³ V f. 10^v; L f. 44^r—44^v. — Lectiones variantes: autem *om.* V. || unam *om.* L. || naturam hominum L.

⁴ Sent. liber III. dist. II—1. — Qu t. III. p. 58.*

⁵ Cf. c. III. versus 43—45. et 50—51.

⁶ V. f. 10^r—10^v; L f. 43^v—44^r.

⁷ Sent. liber III. dist. VII—2. — Qu t. III. p. 167.*

⁸ Cf. c. III. versus 1—3. et 17—18.

Burgundio :**Lombardus :****Cerbanus :**

III. (De orthodoxa fide l. III. c. 3.)

... hoc est, quod facit
hereticis errorem, qui idem
dicunt naturam et ypostasi-
sim.¹

Non est autem, ut ait
Joan. Damasc., idem di-
cere naturam vel perso-
nam.²

... hereticorum error
facere voluit, quod est
idem dicere esse naturam
et personam.³

IV. (De orthodoxa fide l. III. c. 7.)

... duas eius nativita-
tes venerantes, unam qui-
dem ex Patre proeonion,
id est praeeternam ...⁴

Duas Christi nativita-
tes veneramus : unam ex
Patre ante saecula ...⁵

Duas ipsius generatio-
nes veneremus, unam qui-
dem ex Patre, ante se-
cula ...⁶

V. (De orthodoxa fide l. III. c. 7.)

In omnibus igitur et
super omnia erat et in
utero existens sanctae Dei
genitricis ...⁷

In omnibus igitur qui
super omnia erat et in
utero sanctae genitricis
existebat ...⁸

In omnibus quidem
igitur et super omnia erat,
et in utero sanctae Geni-
tricis Dei existebat ...⁹

VI. (De orthodoxa fide l. III. c. 2.)

Non hominem deifica-
tum dicimus, sed Deum
humanatum.¹⁰

Non hominem deifica-
tum dicimus, sed Deum
hominem factum.¹¹

... non hominem dei-
ficatum dicimus, sed Deum
et Dei Verbum hominem
factum.¹²

Haec omnia eo tantum explicari possunt, quod Lombardus prius novit translationem Cerbani atque ea prius usus est, quam translatione Burgundionis.

Cum translatio Cerbani annis circiter 10—15 sit prior,¹³ quam Burgundionis, satis temporis erat, ut translatio Cerbani perveniret ad Lombardum. Quomodo autem hoc acciderit, incertum est. Conici potest translationem Cerbani ab aliquo Hungaro operam theologiae discendae daturō delatam esse in universitatem Parisiacam, quam iam seculo XII. a Hungaris frequentatam esse satis constat.¹⁴ Mutua studiorum com-

¹ V f. 10^v ; L f. 44^r.

² Sent. liber III. dist. VII—1. — Qu t. III. p. 166.*

³ Cf. c. III. vers. 42.

⁴ V f. 11^v ; L f. 48^v. — Lectiones variantes : eius *om.* V, *supra verum add.*

V² || proeonion V L : προαιώνιον M.

⁵ Sent. liber III. dist. VIII—2. — Qu t. III. p. 184.*

⁶ Cf. c. VII. versus 28—29.

⁷ V f. 14^v ; L f. 48^v.

⁸ Sent. liber III. dist. III—4. — Qu t. III. p. 60.*

⁹ Cf. c. VII. versus 11—12.

¹⁰ V. f. 10^r ; L f. 43^v.

¹¹ Sent. liber III. dist. VII—2.

¹² Cf. c. VII. versus 33—34.

¹³ Cf. p. 27.

¹⁴ Cf. Gábeli : Magyar diákok és tanárok a középkori Párisban (= La vie à Paris des étudiants hongrois au moyen âge), Archivum Philologicum 62 (1938) p. 183—184.

mercia, quae vigeabant inter monasteria mediae aetatis, et alios translationem Cerbani in Galliam ferendi modos nos sumere sinunt.¹ Proxime ad verum accedere videtur has partes Gerhoh, praeposito de Reichersperg, esse tribuendas.

Gerhoh annis 1132—1169. praeerat praepositurae Reicherspergensi.² Litteras theologicas graecas habuit carissimas, inveniuntur enim in scriptis eius huiusmodi verba : «ut a Patribus Graecae linguae peritis didicimus»,³ «ubi nos legimus : Per charitatem servite invicem, Graeci codices Duleuite habent inscriptum»,⁴ «quam Graeci philanthropiam vocant». Neque translatio Damasceni a Cerbano confecta eum latuit eamque Gerhoh primus attulit.⁶ Epistolae eius ostendunt eum coniunctum esse cum summis pontificibus et cardinalibus et theologis et monasteriis⁷ suae aetatis. Ideo leguntur in chronicis Reicherspergensibus verba, quae sequuntur, de Gerhoh : «etiam usque in exteris terras lampas cordis et oris eius radiavit. Non Francia, non Bohemia, non Hungaria, sed neque Graecia gratiae, quae de corde et ore eius radiavit, expertes factae sunt». Per hunc virum illustrem translatio Cerbani, de manu in manum tradita, de S. Monte Pannoniae in Reichersperg, inde in alia monasteria et etiam Lutetiam Parisiorum ad ipsum Lombardum pervenire potuit.

Lombardus suos libros Sententiarum ex praelectionibus in universitate Parisiaca habitis composuit, circa annum 1150.⁹ Si textus harum praelectionum superessent, statim occurreret, cuiusne translatione usus sit Lombardus. Cum codex, qui primus continet Sententias, anno 1158. sit conscriptus,¹⁰ conici potest textus praelectionum Lombardi et ipsarum Sententiarum ex iis collectarum esse non semel emendatos et correctos atque mutatos.

At non tantum verisimile videtur, sed etiam rationibus probatur

¹ Ex. gr. : nonnulli libri monasterii Pontiniacensis (in Francogallia) saec. XII. ferebantur in Hungariam. Cf. Lovass : Egy középkori francia kolostor könyvei Magyarországon (= Les livres d'une abbaye française en Hongrie), Archivum Philologicum 62 (1938) p. 224—226.

² Cf. Migne : Patr. Lat. t. CXCIII. col. 481.

³ Cf. ibidem col. 547.

⁴ Cf. ibidem col. 547.

⁵ Cf. ibidem t. CXCIV. col. 1087.

⁶ Cf. p. 24.

⁷ Gerhoh coniunctus erat etiam cum monasterio Admontensi (cf. Migne : Patr. Lat. t. CXCIII. col. 607 ; t. CXCIV. col. 1161.), in cuius bibliotheca Ghellinck invenit translationem Cerbani (cf. p. 3.).

⁸ Cf. Migne : Patr. Lat. t. CXCIII. col. 485.

⁹ Cf. Ghellinck : o. c. 128—130., et 251. nota 3.

¹⁰ Cf. ibidem p. 250. nota 3.

translationem Cerbani revera esse primam versionum Damasceni latinarum atque ea usum esse iam Petrum Lombardum. Difficultates supra propositae alio modo solvi non possunt.

Investigandus est primo sensus verborum Lombardi de Damasceno eiusque libro: «Johannes Damascenus, inter doctores Graecorum magnus, in libro, quem de Trinitate scripsit, quem et papa Eugenius transferri fecit, ait . . .»¹ Verba «in libro, quem de Trinitate scripsit» eo tantum explicari possunt, quod illa septem capita, quae a Lombardo afferuntur, instar libelli integri et toti pervenerunt in notitiam Lombardi, qui etiam memoriam eorum sic servabat.² Ex translatione Cerbani nusquam apparet eam esse tantum excerpta ex libro III. «De orthodoxa fide», incipit enim verbis: «Johannis Damasceni de incarnatione Verbi».³ Qui non legerat quattuor libros, centum capita operis Damasceni «De orthodoxa fide» conscripti, illi translatio Cerbani haud dubie velut opusculum distinctum apparuit. Lombardus quidem non affert titulum «de incarnatione Verbi», sed «de Trinitate», hoc tamen parum valet, cum aetate media in titulis afferendis aliquot negligentiae nonnunquam occurrerint. In hac re Lombardum excusat, quod simul saepenumero affert Augustini, Hieronymi et Hilarii libros «de Trinitate» appellatos.

Haec verba Lombardi: «in libro . . . quem et papa Eugenius transferri fecit»⁴ aperte indicant translationem Cerbani iam tum cognovisse atque ea usum esse Lombardum, cum summus pontifex Eugenius III. libros Damasceni «De orthodoxa fide» per Burgundionem transferri fecit.

Ex his intelligitur, cur attulerit Lombardus illa tantum capita, quae translata sunt a Cerbano, cur attulerit horum partem dimidiam, ex ceteris autem nihil.

In promptu est responsum etiam ad solvendam quaestionem, cur usus sit Lombardus multo saepius verbis translationis Burgundionis, quam Cerbani. Nam Lombardus anno 1148. profectus est Romam, ut ibi refelleret criminationes, quae prolatae sunt in doctrinas suas theologicas.⁵ Eo tempore transferebat vel iam transtulerat Burgundio libros Damasceni «De orthodoxa fide». Translatio Burgundionis iussu papae Eugenii III. (1145—1153) confecta simul summa auctoritate

¹ Cf. p. 28.

² De excerptis Burgundionis cf. p. 28.

³ Sic A, R autem habet: «Incipit tractatus Johannis Damasceni de incarnatione verbi.»

⁴ Cf. p. 28.

⁵ Cf. Ghellinck: o. c. 173—174.

Ecclesiae est sancita. Lombardo, sicut et Gerhoh Reicherspergensis,¹ haud dubie etiam crimen patres Graecos afferendi inferebatur. Lombardus ultiores obiurgationes reprehensionesque fugiturus profecto textum Cerbani, quem ad id tempus adhibuit, correxit in textum Burgundionis, sed haec correctio compluribus locis negligenter adhibita est, ideoque verba translationis Cerbani passim servata sunt.

Non omnia exsequebamur, quae ad Cerbanum eiusque translationem spectant. Tamen vix negari potest Damascenum primo a Cerbano esse translatum atque hanc translationem non tantum in Hungaria, sed et in aliis regnis fuisse notam. Per Gerhoh et Arnonem de Reichersperg et per Petrum Lombardum haec translatio inflammavit animos theologorum occidentis, ut cognoscerent litteras theologicas orientis. Simul confirmatur haud paucos libros Graecorum a monachis Hungariae esse regnis occidentalibus traditos.²

¹ Eberhardus, episcopus de Bamberg, in suis epistolis invadebat Gerhoh, quod hic litteras theologorum Graecorum habuit carissimas, scripsit enim in Gerhoh : «si Graecia secunda apud vos est, minus apparet» (cf. Migne : *Patr. Lat.* t. CXCI. col. 555.), vel : «minus authenticum est, quod a Graecis vos accepisse dicitis» (cf. ibidem). — Conici potest libros Damasceni «De orthodoxa fide» propter translationem Cerbani esse etiam iussu Eugenii III. per Burgundionem translatos.

² Cf. Moravcsik l. c. p. 422.

APPENDIX.

CONSPECTUS LOCORUM JOANNIS DAMASCENI A PETRO LOMBARDO ALLATORUM.¹

	Trans- lationis Cerbani caput et versus	Textus graecus in P. G. t. XCIV. columna	Verba, quibus incipiunt et desinunt loci a Petro Lombardo allati	P. Lom- bardi Sen- tentiarum liber et distinctio	Qu tomus et pagina
1.	II.15-32	985 B	Post consensum — et intellectiva	III. III-1	III. 58*
2.	II.33-34	988 A	Non hominem — factum	III. VII-2	III. 168*
3.	III. 1-22	988 B-989 A	Inconverse — naturis confitemur	III. VII-2	III. 167*
4.	III. 42	992 A	Non est autem — vel personam	III. VII-1	III. 166*
5.	III.43-56	992 A-993 A	Cum unam — homo perfectus	III. II-1	III. 35*
6.	III.74-81	993 C	Unam hypostasim — refulget mira- culis	III. VI-3	III. 145*
7.	IV. 2-5	997 A	Substantia — Paulum et huiusmodi	I. XIX-9	I. 339*
8.	IV. 5-7	997 A	Sciendum — repraesentativum	III. II-1	III. 35*
9.	IV.14-16	997 B	In Domino — compositam	III. VI-3	III. 144*
10.	V. 1-2	1000 B	In deitate — id est personas	I. XXV-3	I. 434*
11.	V. 3-13	1000 B	Differentiam — paternali hypostasi	I. XXVII-3	I. 465*
12.	VI. 1-6	1001 C	Communia — dicuntur hypostases	I. XIX-9	I. 339*
13.	VI. 8-11	1001 C	Non differunt — hypostases deter- minant	I. XXVII-3	I. 465*
14.	VI. 9-10	1001 D	Characteristica — non naturam	I. XXXIII-1	I. 568*
15.	VI.17-20	1004 A	Confitemur — Spiritus Sanctus	I. XIX-3	I. 336*
16.	VI.20-23	1004 B	In humanatione — partem parti	III. V-1	III. 119*
17.	VI.30-32	1005 A	Omni enim — vel substantiam	III. V-1	III. 119*
18.	VI.32-37	1005 AB	Omnia quae — incurabile est	III. II-1	III. 35*
19.	VI.37-38	1005 B	Unitum est — Verbum Dei	III. II-2	III. 35*
20.	VI.60-68	1008 B	Eadem est — id est personae	III. V-1	III. 119*
21.	VII. 1-5	1008 C	Esse quidem — hypostasi seceden- tem	I. XXVII-3	I. 465*
22.	VII.11-12	1009 A	In omnibus — actu incarnationis	III. III-4	III. 60*
23.	VII.13-19	1009 A	Incarnatus — reliquis hominibus	III. VI-3	III. 144*
24.	VII.28-34	1009 C	Duas Christi — legem conceptionis	III. VIII-2	III. 184*
25.	VII.47-50	1012 B	Incarnatum — divinitate	III. III-4	III. 60*
26.	VII.50-55	1012 BC	Totus Christus — autem hyposta- seos	III. XXII-3	III. 449*
27.	VIII. 15-31	1013 BC-1016 A	Duae sunt — carnis eius	III. IX-1	III. 198*

¹ Cf. Ghellinck: o. c. p. 241.

CONSPECTUS RERUM.

Praefatio.....	3
Textus translationis	5
De Cerbano eiusque translatione	22
Appendix. — Conspectus locorum Ioannis Damasceni a Petro Lombardo allatorum	35

Accedunt tabulae :

- I. Cod. Admont. 767. fol. 56^v (= A: translatio Cerbani).
- II. Cod. Reun. 35. fol. 53^r (= R: translatio Cerbani).
- III. Cod. Vatic. lat. 311. fol. 43^r (= L: translatio Burgundionis).

posteri⁹ docebunt⁹. Cui⁹ i⁹ uirgini euangeli
zans dixit. Ave grā plena dñs tecū. Hac aū
in sermone turbata dixit ad ipsā angelus
Et ecce naxia inuenisti grām ap⁹ dñm. y
pares filiū y uocabis nom⁹ ei⁹ ihs. Ipse enī
saluabit pplm suū a peccōis eoz. Unde ihs
saluante mīp⁹at⁹. Dubitante autē. quomō
mehi erit hoc. qm uirū nō agnosco. itūm
dixit ad illā angl⁹s. Sp⁹s scs supueniet uite
y uirt⁹ altissimi obumbrabit t⁹. vñ qd⁹ nā
cet scm uocabit⁹ fili⁹ dī. Hec aū respondit
ad ipsū. Ecce ancilla dñi fiat m⁹ s⁹ ubi v⁹.
E optationē aū scē uirginis sp⁹s scs preue
nit in ipsā. scdm uerbū dñi. qd⁹ dixit an
gl⁹s. purgans ipsā i⁹ potentia detentis uer
bi receptiuā simul aū y generatiuā pparans
y tē obumbravit ipsā dei altissimi p⁹se sapi
entia y uirt⁹ idest filius dei patri omni⁹u⁹osa
y substantialis sic diuinū semen. y copulans
sibi ipsi ex⁹scēssim⁹ y purissim⁹ ipsi⁹ sangui
nib⁹ carnē animatā anima rationali y uirt⁹
lectiua. que fuit a principio. n⁹r⁹ y sperant⁹

utaq; tribu nullus altari incensū posuit. qm
 admodū dicit apls. de quo certi posteri doce
 bimus. Vni etiā uirgini euglirans dicit. Ave
 grā plena dñs tecū. Hec autē in sermone t
 bata dicit ad ipsā angls. Ne timeas maria
 inuenisti grām apd dñm. & paries filiū. &
 uocabis nomē ei⁹ ihs. Ipse. n. saluū. f. p. f. a. p.
 cor. Vnde ihs saluator interpretat. Dubi
 tante autē. quomō in erit hoc. quō. u. n. egri
 terū dicit ad illā angls. Sp̄s. s. supuenit ite
 7 uirt⁹. a. obūb t. unde qd nascet⁹ sc̄m uoca
 bit⁹ fili⁹ dī. Hec autē respondit ad ipsū. Ec
 ce ancilla. d. fiat m̄. s. u. tuū. Poptationē
 autē sc̄e uirginis sp̄s sc̄s puenit in ipsam
 scdm uerbu dñi. qd dicit angls. purgans ip
 sam 7 potentia detatatis uerbi receptiuā si
 mul autē 7 generatiuā pparans. & tē obū
 brauit ipsā dī altissimi sapiā 7 uirtus idē
 fili⁹ dī patri omoyfiosa 7 substantialis sic
 diuinū semen. & copulauit sibi ipsi sex
 sc̄ssimis 7 purissimis ipsis sanguinib⁹ car
 nem animatā anima rationali & intelle
 ctua que fuit apncipio nr̄e d̄sp̄sionis.
 nec paulatī appositionis cōpleta figura.



MAGYAR-GÖRÖG TANULMÁNYOK — ΟΥΓΓΡΟΕΛΛΗΝΙΚΑΙ ΜΕΛΕΤΑΙ.

1. Görög költemény a várnai csatáról. Kiadta Moravcsik Gyula. — 'Ελληνικὸν ποίημα περὶ τῆς μάχης τῆς Βάρνης. 'Εκδιδόμενον ὑπὸ 'Ιουλλίου Moravcsik. 1935. (magyarul és újgörögül — οὐγγρυστί καὶ νεοελληνιστί.)

2. Jeórijosz Zavírasz budapesti könyvtárának katalógusa. Összeállította Graf András. — Κατάλογος τῆς ἐν Βουδαπέστη βιβλιοθήκης Γεωργίου Ζαβίρα. Συνταχθεὶς ὑπὸ 'Ανδρέα Graf. 1935. (magyarul és újgörögül — οὐγγρυστί καὶ νεοελληνιστί.)

3. 'Η ζωὴ καὶ τὰ ἔργα τοῦ Γεωργίου Ζαβίρα ὑπὸ 'Ανδρέα Horváth. — Zavírasz György élete és munkái. Irta Horváth Endre. 1937. (νεοελληνιστί μεὶ οὐγγρικήν περίληψιν — újgörögül, magyar kivenattal.)

4. Die Aristotelische Politik und die Städtegründungen Alexanders des Grossen. — Wege des Verkehrs und der kulturellen Berührung mit dem Orient in der Antike. Zwei Studien zur antiken Geschichte von Endre v. Ivánka. 1938. (deutsch.)

5. Clemens Alexandrinus és a mysteriumok. Irta Simon Sándor. — Clemens Alexandrinus und die Mysterien von Alexander Simon. 1938. (magyarul, német kivenattal — ungarisch mit deutschem Auszug.)

6. Jean Sykoutris: Philologie et Vie. 1938. (en français.)

7. Magyarország és a magyarság a bizánci források tükrében. Irta Gyóni Mátyás. — Ungarn und das Ungartum im Spiegel der byzantinischen Quellen von Matthias Gyóni. 1938. (magyarul, német kivenattal — ungarisch mit deutschem Auszug.)

8. A kecskeméti görögség története. Irta Hajnóczy Iván. — 'Ιστορία τοῦ ἑλληνισμοῦ τοῦ Κετσκέμης ὑπὸ 'Ιωάννου Hajnóczy. 1939. (magyarul újgörög kivenattal — οὐγγρυστί μεὶ νεοελληνικήν περίληψιν.)

9. Les mots d'origine néo-grecque en roumain à l'Epoque des Phanariotes par Ladislás Gáldi. 1939. (en français.)

10. Tanulmányok a görög tragédia hellenisztikus műelméletéhez. Irta Soltész János. — Études sur la théorie d'art hellénistique de la tragédie grecque par Jean Soltész. 1939. (magyarul, francia kivenattal — en hongrois avec résumé français.)

11. A gazai iskola Thukydides-tanulmányai. Irta Balázs János. — Gli studi tucididei della scuola di Giza di Giovanni Balázs. 1940. (magyarul és olaszul — in ungherese e in italiano.)

12. Magyar-görög bibliográfia. Irta Horváth Endre. — Οὐγγροελληνική βιβλιογραφία ὑπὸ 'Ανδρέα Horváth. 1940. (magyarul és újjörögül — οὐγγριστί καὶ νεοελληνιστί.)

13. Translatio latina Ioannis Damasceni (De orthodoxa fide l. III. c. 1—8.) saeculo XII. in Hungaria confecta. Scripsit et textum edidit Remigius L. Szigeti. 1940. (latine.)

Bizományos:

K.M.EGYETEMINYOMDAKÖNYVESBOLTJA
Budapest, IV., Kossuth Lajos-u. 18.

Ἑντολοδόχος:

„ΕΛΕΥΘΕΡΟΥΔΑΚΗΣ” διεθνὲς βιβλιοπωλεῖον
Ἀθῆναι, Πλατεία Συντάγματος.

